L. Aurg. 248

COMPENDIUM
RITUALIS
Pro Administratione
SACRAMEN-
TORUM,

Aliorúmque

MUNERUM PASTORALIUM,

quæ frequentiùs à Pastoribus animarum obiri consueverunt, ritè suscipienda.

Monachij ad FF. Franciscanos [illegible] Bibl.

IN USUM ET COMMODUM PAROchorum, aliorúmque Sacerdotum curam animarum habentium collectum.

Cum facultate Superiorum.

IHS

Bayerische Staatsbibliothek München

DILINGÆ

Typis & Sumptibus JOANN. CASPARI BENCARD, Bibliopolæ Academici.

Per JOANNEM FEDERLE.

Anno M.DC. LXXXI.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

IMpreſſum eſt anno LXX. Auguſtæ Vindelicorum Compendium Libri Ritualis, ut Parochis & Curatis illius Diœceſis in diſſita quandoq; loca pro adminiſtratione Sacramentorum excurrentibus ſervire queat. Id cùm alij quoque Sacerdotes, Diœceſis præcipuè Friſingenſis, in qua nunc verſor, inſpexiſſent, deſiderium conceperunt, ſimile Compendium pro ſuo quoque uſu habendi, quare, cùm advertiſſent, me plures libellos in ſuum commodum typo commiſiſſe, ut hunc quoque laborem in me ſuſciperem, impensè rogârunt; cui deſiderio & petitioni tantò libentiùs ſatisfeci, quantò æquiora illa eſſe cognovi. Quia tamen crebrâ etiam experientiâ cognovi, ſententias ſacras & preces, quibus ægri aut moribundi interdum excitandi ſunt, non ſemper memoriæ illorum occurrere. Ideo ut hoc quoque ſubſidium non negarem, etiam has placuit utroque ſermone, Latino ſcilicet, & vernaculo adjungere, ut tam pro indoctis, quàm doctis animandis ſervire queant.

CAPUT I.

DE PROFESSIONE FIDEI.

CUm hæc Professio sæpius sit vel ab ipsis Sacerdotibus Latino, vel ab aliis, quos ad Catholicam fidem traduxerunt, vernaculo sermone facienda, ideo operæ pretium visum est, ut hæc quoque libello huic inseratur, sempérque ad manus haberi queat.

PROFESSIO FIDEI CATHOLICÆ.

Coram Sacerdote, atque, ubi res & locus fert, coram Crucifixo medio inter duos ardentes cereos, flexis genibus, ab eo, qui professionem facit, vel si is nescit legere, ejus nomine, ab alio, clarè, distinctè, & devotè recitanda.

EGo *N.* firmâ fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum DEUM, Patrem omnipotentem; factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium.

Et in unum Dominum JESUM Christum, Filium DEI Unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula: DEUM de DEO: lumen de lumine: DEUM verum de DEO vero: Genitum, non factum: consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: & Homo factus est. Crucifixus

cifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertiâ die, ſecundùm ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filióque procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur: Qui locutus eſt per Prophetas.

Et Unam, Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.

Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum.

Et exſpecto reſurrectionem mortuorum.

Et vitam venturi ſæculi, Amen.

Item ſacram ſcripturam juxta eum ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto: nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum, accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque, ſeptem eſſe verè & propriè Sacramenta novæ legis, à JESU Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illáque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe.

Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolenni adminiſtratione recipio, & admitto.

Omnia & ſingula, quæ de peccato Originali, & de

Juſti-

Justificatione, in sacrosanctâ Tridentinâ Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio.

Profiteor pariter, in Missâ offerri DEO verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium, pro vivis & defunctis: atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, unà cum animâ & divinitate Domini nostri JESU Christi, fieríque conversionem totius substantiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in Sanguinem; quam conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub alterâ tantùm specie, totum atque integrum Christum, verúmque Sacramentum sumi.

Constanter teneo, Purgatorium esse, animásque ibi detentas fidelium suffragijs juvari.

Similiter & Sanctos unà cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse: eósque orationes DEO pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas.

Firmissimè assero, Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesiâ relictam fuisse, illarúmque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco: Romanóque Pontifici, beati Petri, Apostolorum Principis successori, ac JESU Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro.

Cætera item omnia, à sacris Canonibus, & Oecu-

menicis Concilijs, ac præcipuè à sacrosanctâ Tridentinâ Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor, simúlque contraria omnia, atque hæreses quascunque, ab Ecclesiâ damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, usque ad extremum vitæ Spiritum constantissimè (DEO adjuvante) retinere & confiteri, atque à meis subditis vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum.

Tum is, qui professionem facit, imponit duos primos digitos dextræ manûs super aperto libro Evangeliorum, vel super sequenti Initio Evangelij S. Joannis: & distinctè dicit:

Ego idem *N.* spondeo, voveo, & juro. *Sic* me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Sanctum JESU Christi Evangelium secundùm Joannem.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud DEUM, & DEUS erat Verbum, &c. ET VERBUM CARO FACTUM EST: & habitavit in nobis; & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

Bekanntnuß deß wahren Catholischen Glaubens.

Zu teutscher Sprach/ auff Weiß und Ordnung/ wie oben pag. 1. das Lateinische zu sprechen.

ICH N. glaub und bekenne / mit beständigem Hertzen alle und jede Stuck/ so im Christlichen Glauben / den die H. Römische Kirch auff dise Weiß gebrauchet/ verfasset seynd/ Nemblich

Ich glaube in einen GOtt Vatter allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden/ aller sichtbarer und unsichtbarer Dingen.

Und in einen HErrn JEsum Christum / den eingebohrnen Sohn GOttes / auß dem Vatter gebohren von Ewigkeit / GOtt von GOtt / Liecht von Liecht / wahren GOtt vom wahren GOtt / gebohren / und nicht erschaffen / gleicher Substantz und Wesens mit dem Vatter / durch den alle Ding erschaffen seynd.

Welcher umb uns Menschen / und unsers Hayls willen / vom Himmel herunder gestigen / und durch den H. Geist / auß Maria der Jungfrawen / Fleisch an sich genommen hat / und ist Mensch worden.

Er ist auch für uns unter Pontio Pilato gecreutziget / hat gelidten / und ist begaben worden / am dritten Tag / laut der H. Schrifft / widerumb aufferstanden von den Todten / ist auffgefahren in den Himmel / sitzet zur rechten GOttes deß Vatters / und wird widerumb kommen mit Herrlichkeit zu richten die Lebendigen und die Todten / dessen Reichs kein End wird seyn.

Ich glaub auch in den H. Geist / den lebendigmachenden HErrn / der vom Vatter und Sohn hergehet / welcher sambt dem Vatter und Sohn zugleich angebettet und geehret wird / der da geredet hat durch die Propheten.

Ich glaube auch ein ainige heilige allgemeine und Apostolische Kirchen.

Ich bekenne einen Tauff zu Vergebung der Sünden / und erwarte die Aufferstehung der Abgestorbnen / und einewiges zukünfftiges Leben / Amen.

Alle Apostolische und Geistliche Satzungen / sambt allen anderen Ordnungen und Gebräuchen der Catholischen Kirchen / nimb ich an / und verharre dabey festiglich. Die H. Schrifft verstehe / und laß ich zu / in und nach dem Verstand / welchen unser H. Mutter die Christliche Kirch bißher gehabt / und noch hat / deren dann zugehört / den wahren Verstand und Außlegung der heiligen Schrifft von dem falschen zu underscheiden.

Ich will auch gemelte H. Schrifft allezeit nach der einhelligen Außlegung der H. Vätter verstehen / und annemmen / und nicht anderst.

Ich glaub und bekenne / daß wahrlich und eigentlich siben Sacrament deß newen Testaments / von Christo unserm HErrn selbst eingesetzt / und dem menschlichen Geschlecht sehr nutzlich / wiewol nicht alle einem jeden Menschen zur Seeligkeit nothwendig seynd: Als nemblich / der Tauff / Firmung / das Sacrament deß Altars / die Buß / Letzte Oelung / die Priesterweyhe / und die Ehe / und daß durch dise Sacrament dem Menschen Gnad mitgetheilet werde.

Auß welchen allen der Tauff/Firmung/und Priesterweyhe / ohne Gottslästerung und Sünde nicht mögen widerholet werden.

Ich nimme auch an/und lasse zu / alle gewohnliche und bewehrte Gebräuch / so in der Christlichen Catholischen Kirchen bey herrlicher Verwaltung und Gebrauch aller diser Sacramenten gebraucht werden.

Deßgleichen glaub ich auch alles sambtlich und sonderlich / was von der Erbsünd und Rechtfertigung deß Sünders in der H. allgemeinen Versamblung zu Trient ist erklärt / und beschlossen worden.

Ich bekenne auch und glaub / daß in dem hochheiligen Ampt der Meß/GOtt dem HErrn ein wahres/ eigentliches und versöhnliches Opffer für die Lebendigen und die Todten auffgeopffert werde/ daß auch in dem allerheiligsten Sacrament deß Altars warhafftig und wesentlich zugegen seye der Leib und das Blut mit der Seel und Gottheit unsers HErrn JEsu Christi/ und das die gantze Substantz deß Brodts in den Leib / und die Substantz deß Weins in das Blut verwandlet werde / welche Wandlung die Christliche Catholische Kirch (Transubstantiation,) das ist / eine Verwandlung einer Substantz in die andere / nennet,

Ich glaube auch und bekenne / daß under einerley Gestalt der gantze unzertheilte Christus vollkommentlich / und das wahre Sacrament seines Fronleichnambs / genossen und empfangen werde.

Ich glaube auch festiglich / daß ein Fegfewr sey / und daß die Christglaubige Seelen daselbsten / durch

das Fürbitten der glaubigen lebendigen Menschen/ Trost und Hülff empfangen.

Item/ daß man auch die lieben Heiligen/ so mit Christo regieren/ ehren und anruffen solle/ und daß sie auch GOtt für uns bitten; darzu auch/ daß ihre Heiligthumber in Ehren sollen gehalten werden.

Ich halte beständiglich darfür/ daß man die Bildnussen Christi/ der Mutter GOttes/ und anderer lieben Heiligen/ haben und auffhalten/ und denselben gebührende Ehr und Reverentz erzeigen soll.

Ich glaub auch für gewiß/ daß Christus der HErr den Gewalt deß Ablaß der Kirchen gegeben habe/ auch daß deß Ablaß Gebrauch der Christenheit gar heylsamb seye.

Ich bekenne auch die heilige allgemeine und Apostolische Römische Kirch für ein Mutter und Meisterin aller Kirchen.

Ich versprich auch und gelobe/ wahren Gehorsamb dem Römischen Bischoff/ als deß H. Petri der Apostel Fürstens Nachkommern/ und deß HErrn JEsu Christi Statthaltern.

Dergleichen all andere Lehrstuck/ so von den heiligen Satzungen und allgemeinen Versammlungen/ fürnemblich aber der heiligen Tridentinischen Versamblung auffgesetzt/ verordnet und beschlossen worden/ dieselbe bekenne und nimme ich unzweiffenlich an.

Hergegen aber alles/ so obigen Stucken zugegen/ auch alle widrige Lehr und Mainungen/ Glaubens-Spaltungen/ und Ketzereyen/ so von gemelter Catholischer Kirchen bißhero verdammet/ verworffen/ und verflucht seynd/ oder nachmahls verdammet/ ver-

verflucht / und verworffen werden / die verdamme / verwirff / und verfluche ich ebenmässig.

Disen wahren Catholischen Glauben / ausserhalb dessen niemand kan seelig werden / den ich da in Gegenwart freywillig bekenne / und warhafftig halte / will ich auch / mit Hülff GOttes / biß an mein letztes End gantz unwidersprechlich / unbemailigt und unverletzt halten und bekennen.

Ich will auch / so vil mir möglich / allen Fleiß anwenden / daß diser recht und warhafftige Glaub / von meinen Unterthanen und allen denen / so mir unter meiner Sorg befohlen / gehalten / gelehrt / und verkündiget werde.

Anjetzt legt der jenige / so dise Bekanntnuß thut / seine zwey vordere Finger der gerechten Hand auff hinnachfolgenden Anfang deß Evangelij S. Joannis, **und spricht deutlich:**

Dises verhaisse / gelobe / und schwöre Ich N.

Also helff mir GOtt und dises heilige GOttes Evangelium.

Sanctum JESU Christi Evangelium secundùm Joannem.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud DEUM, & DEUS erat Verbum, &c. ET VERBUM CARO FACTUM EST: & habitavit in nobis; & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

CAPUT II.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

ETsi in Rituali tres assignentur Formulæ hoc Sacramentum administrandi, nempe quomodo Baptismus Parvulorum, & Adultorum administrari; & quomodo ea, quæ in Baptismo ob necessitatem urgentem collato suppleri debeant; quia tamen Baptismus Adultorum rariùs administratur, ideo ne excresceret hic libellus, omissâ Formulâ Adultos baptizandi, solæ reliquæ duæ utpote frequentiùs occurrentes hoc loco ponentur.

§. I.

Actus Baptismi Parvulorum.

1. *Sacerdos.* Quo nomine iste infans est vocandus?
Wie soll dises Kind haissen?
Patrinus respondet N.
Der Gevatter antwortet sprechend N. v.g. Joannes, Maria.

2. *Sacerdos N.* quid petis ab Ecclesia DEI?
N. Was begehrst du von der Kirchen GOttes?
Respondet patrinus, Fidem.
Antwort. Den Glauben.

3. *Sacerdos.* Fides quid tibi præstat?
Was gibt dir der Glaub?
Respondet patrinus, Vitam æternam.
Antwort. Das ewig Leben.

4. *Sacerdos.* Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: diliges Dominum DEUM tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Wann

Wann du wilst eingehen in das ewige Leben / so halte die Gebott: Du solst GOtt deinen HErrn lieben auß gantzem deinem Hertzen / auß gantzer deiner Seel / und auß gantzem deinem Gemüth / und deinen Nächsten / als wie dich selbsten.

5. *Notet Sacerdos, quod infrà in actu baptismi de maribus in masculino genere dicitur, de femellis esse dicendum in feminino.*

6. *Deinde exprimens formam unius Crucis, hoc modo,* †, *ter exsufflet leniter in faciem infantis, & dicat semel:* Exi ab eo (*ab eâ*) immunde Spiritus, & da locum Spiritui sancto Paraclito.

7. *Postea dextero pollice faciat signum Crucis in fronte & pectore infantis, dicens:* Accipe signum Crucis tam in fronte ✠ quàm in corde ✠ sume fidem cœlestium præceptorum; & talis esto moribus, ut templum DEI jam esse possis.

Oremus.

PReces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum *N.* (*hanc electam tuam N.*) Crucis Dominicæ impressione signatum (*signatam*) perpetuâ virtute custodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiã mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

8. *Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:*

Oremus.

OMnipotens sempiterne DEUS, Pater Domini nostri JESU Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum *N.* (*hanc famulam tuam N.*) quem

(*quam*)

(*quam*) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cœcitatem cordis ab eo (*eâ*) expelle: diſrumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus (*colligata*) aperi ei, Domine, januam pietatis tuæ, ut ſigno ſapientiæ tuæ imbutus (*imbuta*) omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuavem odorem præceptorum tuorum lætus (*læta*) tibi in Eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

9. *Deinde Sacerdos benedicat ſalem: qui, ſemel benedictus, aliàs ad eundem uſum deſervire poteſt.*

Benedictio Salis.

EXorcizo te, Creatura Salis, in nomine DEI Patris omnipotentis ✠, & in Charitate Domini noſtri JESU Chriſti ✠, & in virtute Spiritûs ſancti ✠, exorcizo te, per DEUM vivum ✠, per DEUM verum ✠, per DEUM ſanctum ✠, per DEUM ✠, qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem, per ſervos ſuos conſecrari præcepit, ut in nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te, Domine DEUS noſter, ut hanc creaturam Salis ſanctificando ſanctifices ✠, & benedicendo benedicas ✠, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine ejuſdem Domini noſtri JESU Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

10. *Deinde accipiens pollice & indice dextero, modicum ſalis benedicti, immittat in os infantis dicens: N.* Accipe ſalem ſapientiæ: propitiatio ſit tibi in vitam æternam. ℟. Amen.

Sacerdos. Pax tecum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEUS Patrum nostrorum, DEUS universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum *N.* (*hanc famulam tuam N.*) respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum Salis gustantem, non diutiùs esurire permittas, quò minùs cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum (*eam*) Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Exorcizo te, immunde Spiritus, in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritûs sancti ✠, ut exeas, & recedas ab hoc famulo DEI *N.* (*hâc famulâ DEI N.*) ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit, & Petro ne mergeretur, dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem DEO vivo & vero, da honorem JESU Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo DEI *N.* (*hâc famulâ DEI N.*) quia istum (*istam*) sibi DEUS & Dominus noster JESUS Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontémque Baptismatis vocare dignatus est.

11. *Hic dextero pollice in fronte signat infantem, dicens:*

Et hoc signum sanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

12. *Mox*

12. *Mox imponit manum super caput infantis, & dicit:*

Oremus.

ÆTernam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis super hunc famulum tuum *N.* (*hanc famulam tuam N.*) ut digneris eum (*eam*) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum (*eam*) & sanctifica: da ei scientiam veram, ut dignus (*digna*) gratiâ Baptismi tui effectus (*effecta*) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

13. *Postea Sacerdos imponit extremam partem Stolæ super infantem; vel eam porrigens deferenti infantem, incedens ipse ex parte dexterâ, introducit eum in Ecclesiam dicens:*

N. Ingredere in templum DEI, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. ℟. Amen.

14. *Cùm fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem cum Susceptoribus conjunctim clarâ voce dicit:* Credo & Pater noster, *quæ nunquam omittuntur.*

CRedo in DEUM Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ. Et in JESUM Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Mariæ Virgine: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos, tertiâ die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram DEI Patris Omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum: sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem, remissionem

nem peccatorum; carnis resurrectionem: vitam æternam. Amen.

PAter noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terrâ. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:& ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo. Amen.

Vel germanicè dicat: Sprecht mit mir den Christlichen Catholischen Glauben / sambt dem heiligen Vatter unser / ꝛc.

JCH glaub in GOtt Vatter / Allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden. Und in JEsum Christum / seinen ainigen Sohn / unsern HErrn. Der empfangen ist von dem heiligen Geist / gebohren auß Maria der Jungfrawen. Gelitten under Pontio Pilato / gecreutziget / gestorben / und begraben. Abgestigen zu der Höllen / am dritten Tag widerumb aufferstanden / von den Todten. Auffgefahren zu den Himmeln / sitzet zu der Gerechten GOttes deß Allmächtigen Vatters. Von dannen er kommen wird / zu richten die Lebendigen und die Todten.

Jch glaub in den heiligen Geist. Ein heilige allgemeine Christliche Kirchen. Gemeinschafft der Heiligen. Ablaß der Sünden. Aufferstehung deß Fleisches. Und ein ewiges Leben / Amen.

VAtter unser / der du bist in den Himmeln. Geheiliget werde dein Nam. Zukomme dein Reich. Dein Will geschehe / wie im Himmel / also auch auff Erden. Gib uns heut unser täglichs Brodt. Und vergib uns unsere Schulden / als auch wir vergeben

unsern Schuldigern. Und führe uns nicht in Versuchung. Sondern erlöse uns vom Ubel / Amen.

15. *Deinde stando extra cancellos, vel septa baptisterij, patrinum atque circumstantes, qui infantem deferunt, & comitantur, observatâ, personarum conditione & qualitate, modestè sic alloquitur.*

GEliebte in dem HErrn. Daß der H. Tauff zu eines jeden Menschen Seeligkeit höchstens vonnöthen / und zu Abwaschung der von unserm ersten Vatter Adam uns angebornen Erbsünd von Christo mildreichist seye eingesetzt / bezeugen dessen Wort (a) Es seye dann / daß einer widerumb gebohren werde auß dem Wasser und H. Geist / So kan er nicht eingehen in das Reich GOttes. (a) *Joann. 3.*

Weil aber gegenwärtiges Kind solche deß heiligen Tauffs von GOtt anerbottne Gnad dermahl von selbsten nicht begreiffen / noch verlangen / oder bekennen kan / also solle an dessen statt der (*addatur titulus conveniens Patrino, Matrinæ*) Gevatter (**Sie Gevätterin**) mit ungezweiffletem Glauben / und gegen GOtt erhebtem inbrünstigem Hertzen / ermelten H. Tauff verlangen / und was hierzwischen dem Allmächtigen GOtt zu versprechen / getreulich zu halten / versprechen : solle sich auch der Gevatter (**Gevätterin**) beynebens erinneren deren einem Gevatter (**Gevätterin**) gegen disem Kind obligenden Verbündtnuß : und zwar Erstlich und vornehmlich / daß Er Gevatter (**sie Gevätterin**) solle beflissen seyn / damit dises Kind in allem deme / so zu dessen Seeligkeit vonnöthen / und eben in dem jenigen / was an dessen statt Er Gevatter (**sie Gevätterin**) GOtt dem HErrn anjetzt verspricht / seiner Zeit fleissig underwisen /

derwiſen / und daß es halte / ſo vil móglich / ungehalten werde. Fürs ander erinnere ſich Er Gevatter (ſie Gevåtterin) daß Er (Sie) nicht allein mit diſem Kind / ſonder auch mit deſſen leiblichen Eltern in wahre geiſtliche Freundſchafft eintrette / dahero mit denenſelben in einige eheliche Verbündung keiner Zeit mit Recht ſich einlaſſen kündte.

Damit aber dem Allmächtigen GOTT umb die Gnad diſer Beruffung / und würcklicher Gelangung zu bevorſtehendem heiligen Tauff ſchuldiger Danck geſagt / und ſolcher Tauff durch mich nicht allein würdiglich / ſonder auch diſem Kind in mehrer Weeg zu ſtärckung der heiligmachenden / und anderer beyhülfflicher Göttlicher Gnaden erſprießlich ertheilt werde / wollen wir geſambt mit demütigem Hertzen und gebognen Knyen in der ſtille betten ein heiliges Vatter unſer und Engliſchen Gruß.

16. *Finitâ allocutione flectunt omnes genua, & orant cum Sacerdote ſecretò.* Pater noſter, & Ave Maria &c.

17. *Quibus peractis ſurgunt, & baptizans, ſtans eodem loco extra baptiſterij cancellos dicat:*

EXORCISMUS.

EXorcizo te, omnis Spiritus immunde, in nomine DEI Patris omnipotentis ✠, & in nomine JESU Chriſti Filij ejus, Domini & Judicis noſtri ✠, & in virtute Spiritûs ſancti ✠, ut diſcedas ab hoc Plaſmate DEI *N.* quod Dominus noſter ad templum ſanctum ſuum vocare dignatus eſt, ut fiat templum DEI vivi, & Spiritus ſanctus habitet in eo. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

18. *Poſtea Sacerdos ſtans eodem loco dextero pollice accipiat de ſalivâ oris ſui, & eandem miſcens cineri, tangat aures & nares infantis:*

Tangendo verò aurem dexteram, & ſiniſtram, dicat: Ephpheta, quod eſt adaperire:

Deinde tangat nares, dicens: in odorem ſuavitatis: Tu autem effugare diabole: appropinquabit enim judicium DEI.

19 *Tunc ſtans eodem loco extra baptiſterium, interrogat baptizandum nominatim, patrino reſpondente:*

N. Abrenuncias Satanæ?

Widerſagſt du dem böſen Feind?

Reſpondet Patrinus: Abrenuncio.

Ich widerſage:

Et omnibus operibus ejus?

Vnd allen ſeinen Wercken?

Reſp. Abrenuncio.

Ich widerſag.

Et omnibus pompis ejus?

Vnd aller ſeiner Hoffart?

Reſp. Abrenuncio.

Ich widerſag.

20. *Tum infans aliquantùm denudatur inter pectus & ſcapulas per aſſiſtentes.*

Interim Sacerdos intingit pollicem in Oleo ſacro ſeu Catechumenorum, & infantem ungit in pectore, & inter ſcapulas in modum Crucis, dicens:

Ego te linio ✠ Oleo ſalutis, (*ungit pectus*) in Chriſto ✠ JESU Domino noſtro (*ungit inter ſcapulas*) ut habeas vitam æternam. ℟. Amen.

21. *Poſthæc pollicem, & inuncta loca abſtergit bombacio, vel re ſimili; atque deponit, vel mutat ſtolam violaceam, & ſumit albam.*

22. *In-*

22. *Interim præparatur infans ad baptiſmum, & circa caput ita denudatur, ut dein affuſioni ſacri fontis nihil obſtet.*

23. *Sacerdos autem, ſtans prope baptiſterium, iterum interrogat, expreſſo nomine baptizandum, patrino* (matrinâ) *itidem reſpondente:*

N. Credis in DEUM Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ?

N. Glaubſt du in GOtt Vatter Allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden?

Reſp. Credo. Ich glaub.

Credis in JESUM Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, natum, & paſſum?

Glaubſt du in JEſum Chriſtum / ſeinen einigen Sohn / unſern HErrn / der gebohren iſt / und gelitten hat?

Reſp. Credo. Ich glaub.

Credis in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, vitam æternam?

Glaubſt du in den heiligen Geiſt / ein heilige allgemeine Chriſtliche Catholiſche Kirchen / Gemeinſchafft der Heiligen / Ablaß der Sünden / Aufferſtehung deß Fleiſches / und ein ewiges Leben?

Reſp. Credo. Ich glaub.

24. *Deinde expreſſo nomine baptizandi Sacerdos ter interrogat: patrino* (matrinâ) *toties reſpondente.*

N. Vis baptizari?

N. Wilt du getaufft werden?

Reſpondet Patrinus (matrina) volo: Ich will.

23. *Tunc patrino, vel matrina, vel utroque (ſi ambo admittantur) infantem tenente infra utrumque brachi-*

um, facie ejuſdem ſupra baptiſterium aliquantùm inclinatâ, Sacerdos ſtans ad ipſum baptiſterium vaſculo ſeu urceolo accipit aquam baptiſmalem, & miniſtro ſupponente pelvim, ne aqua in fontem baptiſmi recidat, de eâ ter fundat ſuper caput infantis in modum triplicis crucis, & ſimul verba proferens ſemel tantùm, diſtinctè & attentè, dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris ✠ (*fundat primò*) & Filij ✠ (*fundat ſecundò*) & Spiritus ✠ ſancti, (*fundat tertiò.*) Amen.

26. *Si verò dubitatur, an infans fuerit baptizatus (quod plerumque, ut dictum in Rituali ſuprà fol. 18. prudenter fit, cùm obſtetrix, femina alia, vel plebeius homo baptizat) indiſtinctè utatur hâc formâ: N.* ſi non es baptizatus (*baptizata*) ego te baptizo in nomine Patris ✠, Filij ✠, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

27. *Deinde ſtans eodem loco intingit pollicem in ſacro Chriſmate, & ungit infantem, quem patrinus (matrina) adhuc ſuper baptiſterium tenet, in ſummitate capitis in modum crucis dicens:*

DEUS omnipotens, Pater Domini noſtri JESU Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu ſancto, quíque dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum (*hîc inungit*) ipſe te liniat Chriſmate ſalutis ✠ in eodem Chriſto JESU Domino noſtro in vitam æternam. ℟. Amen.

Sacerdos. Pax tibi. ℟. Et cum Spiritu tuo.

28. *Tum alio bombacio, aut re ſimili abſtergit pollicem ſuum, & locum inunctum, & imponit capiti ejus linteolum candidum loco veſtis albæ, dicens:*

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri JESU Chriſti, ut habeas vitam æternam. ℟. Amen.

29. *Poſtea dat ei, vel Patrino matrinæ candelam accenſam, dicens:*

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptiſmum tuum: ſerva DEI mandata, ut cùm Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei unà cum omnibus Sanctis in aula cœleſti, habeáſque vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

30. *Poſtremò dicit N.* vade in pace, & Dominus ſit tecum. ℟. Amen.

31. *Si infans, vel adultus ægrotus adeò graviter laboret, & periculum immineat, ne pereat, antequam Baptiſmus, perficiatur, Sacerdos omiſſis, quæ Baptiſmum præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam ſemel infundens aquam ſuper caput ejus in modum crucis, dicens:* Ego te baptizo in nomine Patris ✠, *&c. ut ſuprà fol. 20.*

32. *Si non habeatur aqua baptiſmalis, & periculum impendeat, Sacerdos utatur aquâ ſimplici.*

33. *Deinde ſi habeat Chriſma, liniat eum in vertice, dicens:* DEUS omnipotens Pater Domini noſtri JESU Chriſti. *&c. ut ſuprà fol. 20.*

34. *Poſtea dat ei linteolum candidum, dicens:* accipe veſtem, *&c.*

35. *Ac demùm det ei ceream candelam accenſam, dicens:* accipe lampadem, *ut ſuprà.*

36. *Si ſupervixerit; ſuppleantur alij ritus omiſſi, in Eccleſia, vel domi, prout infantis valetudo permittet.*

§. II.

Actus ſuppletionis omiſſorum in Baptiſmo.

1. SAcerdos. Quo nomine vocaris?
Wie heißt diſes Kinds Namen?
Patrinus. N. v. g. Joannes, Maria.

N. Quid petis ab Eccleſia DEI?

N. Was begehrſt du von der Kirchen Gottes?

Patrinus. Fidem. Den Glauben.

Sacerdos. Fides quid tibi præſtat?

Was gibt dir der Glaub?

Patrinus. Vitam æternam.

Das ewige Leben.

2. *Sacerdos.* Si igitur vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum, ſicut te ipſum.

Wann du wilſt eingehen in das ewige Leben/ ſo halte die Gebott: Du ſolſt GOtt deinen HErrn lieben/ auß gantzem deinem Hertzen/ auß gantzer deiner Seel/ und auß gantzem deinem Gemüt/ und deinen Nächſten/ als wie dich ſelbſten.

3. *Deinde ter in modum unius Crucis exſufflet leniter in faciẽ baptizati infantis, & dicat ſemel:* Exi ab eo (*ab eâ*) immunde Spiritus, & da locum Spiritui ſancto paraclito.

4. *Poſtea pollice faciat ſignum Crucis in fronte & in pectore baptizati infantis, dicens:*

Accipe ſignum Crucis tam in fronte ✠, quàm in corde ✠, ſume fidem cæleſtium præceptorum, & talis eſto moribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis.

Oremus.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi: & hunc Electum tuum *N.* (*hanc Electam tuam N.*) Crucis Dominicæ impreſſione ſignatum (*ſignatam*) perpetuâ virtute cuſtodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

5. *Deinde imponens manum ſuper caput baptizati, dicit:*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne DEUS, Pater Domini noſtri JESU Chriſti, reſpicere digneris ſuper hunc famulum tuum *N.* (*hanc famulam tuam N.*) quem (*quam*) dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo (*eâ*) expelle: diſrumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus (*colligata*) aperi ei Domine, januam pietatis tuæ, ut ſigno ſapientiæ tuæ imbutus (*imbuta*) omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuavem odorem præceptorum tuorum, lætus (*læta*) tibi in Eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (*idonea*) ſit frui gratiâ Baptiſmi tui, quem ſuſcepit, ſalis perceptâ medicinâ. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

6. *Deinde poſtquam modicum ſalis immiſit in os baptizati, dicit:* Accipe ſalem ſapientiæ: propitiatio ſit tibi in vitam æternam. ℟. Amen.

Oremus.

DEUS Patrum noſtrorum, DEUS univerſæ conditor veritatis, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum *N.* (*hanc famulam tuam N.*) recipere digneris propitius, &, hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutiùs eſurire permittas, quò minùs cibo expleatur cæleſti: quatenus ſit ſemper Spiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſerviens: & quem (*quam*) ad novæ regenerationis lavacrum perduxiſti, quæſumus Domine, ut cum fidelibus tuis, promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

EXORCISMUS.

EXorcizo te immunde Spiritus, in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritûs ✠ ſancti, ut exeas, & recedas ab hoc famulo DEI *N.* (*hâc famulâ DEI N.*) ipſe enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus ſuper mare ambulavit, & Petro, ne mergeretur, dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem DEO vivo & vero: da honorem JESU Chriſto, Filio ejus, & Spiritui ſancto: & recede ab hoc famulo DEI *N.* (*ab hâc famulâ DEI N.*) quia iſtum (*iſtam*) ſibi DEUS & Dominus noſter JESUS Chriſtus, ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontémque Baptiſmatis, vocare dignatus eſt.

7. *Hîc pollice in fronte ſignat baptizatum infantem, dicens:*

Et hoc ſignum ſanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

8. *Mox imponit manum ſuper caput baptizati infantis, ac dicit:*

Oremus.

ÆTernam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, ſuper hunc famulum tuum *N.* (*ſuper hanc famulam tuam N.*) ut digneris eum (*eam*) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum (*eam*) & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, ut dignus (*digna*) ſit frui gratiâ Baptiſmi tui quem ſuſcepit: teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut aptus (*apta*) ſit ad retinendam gratiam

Baptiſ-

Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

9. *Poſtea Sacerdos imponit extremam partem ſtolæ ſuper baptizatum, vel eam porrigens geſtanti infantem, & incedens ipſe à parte dextera, & introducit eum in Eccleſiam, dicens:*

N. Ingredere in templum DEI, ut habeas partem cum Chriſto, in vitam æternam. ℟. Amen.

10. *Cùm fuerint Eccleſiam ingreſſi, Sacerdos procecedens ad locum, ubi parata ſunt Olea, cum ſuſceptoribus conjunctim clarâ voce dicit:* Credo in Deum, *&c.* Pater noſter, *&c. ut ſuprà fol.* 14.

11. *Quibus finitis, dicat ſequentem Exorciſmum.*

Exorcizo te omnis Spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, & in nomine JESU Chriſti Filij ejus, Domini & Judicis noſtri ✠, & in virtute Spiritûs ſancti ✠, ut diſcedas ab hoc plaſmate Dei *N.* quod Dominus Deus noſter ad templum ſanctum ſuum vocare dignatus eſt, ut fiat templum Dei vivi, & Spiritus ſanctus habitet in eo. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

12. *Poſtea Sacerdos pollice dextero accipiat de ſaliva oris ſui, & commiſcens eam cineri, tangat aures & nares baptizati:*

Tangendo verò aurem dexteram & ſiniſtram, dicat: Etíphpheta, quod eſt, Adaperíte.

Deinde tangat nares dicens: in odorem ſuavitatis. Tu autem effugare, diabole: appropinquabit enim judicium Dei.

13. *Poſtea interrogat Baptizatum nominatim dicens:*

N. Abrenuntias Satanæ?
N. Widersagst du dem bösen Feind?
Respondet Patrinus. Abrenuntio.
Ich widersag.
Et omnibus operibus ejus?
Vnd allen seinen Wercken?
Resp. Abrenuntio. Ich widersag.
Et omnibus pompis ejus?
Vnd aller seiner Hoffart?
Resp. Abrenuntio. Ich widersag.

14. *Hic intingens Sacerdos pollicem in Oleum Catechumenorum, faciet Crucem in pectore baptizati, dicens:* Ego te linio ✠ Oleo salutis.

Et statim faciet etiam Crucem inter scapulas, dicendo: in Christo ✠ Jesu Domino nostro, ut habeas vitam æternam. ℟. Amen.

15. *Posthæc pollicem, & inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili: eúmque in sacro Chrismate intingens, ungit baptizatum infantem in summitate capitis, in modum Crucis, dicens:*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi qui te regeneravit ex aqua & Spiritu sancto, quíque dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*hîc inungit*) ipse te liniat ✠ Chrismate salutis, in eodem Christo Jesu, Domino nostro, in vitam æternam. ℟. Amen.

16. *Tum iterum bombacio, aut re simili, abstergit pollicem suum, & locum inunctum: & imponit capiti ejus linteolum candidum, loco vestis albæ, dicens:*

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. ℟. Amen.

17. *Postea dat ei, vel Patrino candelam accensam, dicens:*

Acci-

Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut, cùm Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei, unà cum omnibus Sanctis, in aula cælesti, habeásque vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

18. *Postremò dicit N.* Vade in pace, & Dominus sit tecum. ℟. Amen.

19. *In Baptismo autem adultorum præter illa, quæ supra pag. notata sunt, quando supplentur omissa, hæc mutari debent. Primùm in Exorcismo,* Audi maledicte Satana, *ubi dicitur,* (habitaculum perficiat) *dicatur,* habitaculum perfecit. *Deinde in Exorcismo,* Nec te latet, *ubi dicitur* (ut fiat) *dicatur,* ut fieret.

§. III.

Actus introducendi Mulieres in Ecclesiam post partum.

1. *SI qua Puerpera post partum, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad Ecclesiam venire voluerit, pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque à Sacerdote benedictionem, ipse superpelliceo & stolâ albâ indutus cum Ministro aspergillum deferente, & Sacerdoti respondente, ad fores Ecclesiæ accedat.*

2. *Deinde illam foris ad limina genuflectentem, vel (ubi commodè fieri nequit) stantem, & candelam accensam in manu tenentem, stans ipse intra fores Ecclesiæ aperto capite, ter, in modum unius crucis, aquâ benedictâ aspergat, nihil dicens:*

3. *Tum dicit: respondente ministro:*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

Antiph. Hæc accipiet benedictionem à Domino.

Psalmus

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & univerſi, qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundavit eum: & ſuper flumina præparavit eum.

Quis aſcendet in montem Domini: aut quis ſtabis in loco ſancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo.

Hîc accipiet benedictionem à Domino: & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt ille Rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

Gloria Patri, *&c.*

Antiph. Hæc accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo: quia hæc eſt generatio quærentium Dominum.

4. *Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem ſtolæ, eam à ſiniſtra ſua introducit aliquantulùm in Eccleſiam, dicens:* Ingredere in templum Dei: adora Filium beatæ Mariæ Virginis, qui tibi fæcunditatem tribuit prolis.

5. *Caveat Sacerdos, ut ſi quid mulier pro benedictione*

offerre

offerre vult, illud non, dum ſtolam ei porrigit, ſed finitâ primùm benedictione, accipiat.

6. *Puerpera ingreſſa, genuflectit coram altari Eccleſiæ in aliqua illius capellâ, & orat gratias agens pro beneficiis ſibi collatis.*

7. *Sacerdos autem, ſtans ante altare, converſus ad illam dicit:*

Kyrie eleiſon.

℟. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter. *ſecretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvam fac ancillam tuam Domine.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.

℟. Et de Sion tuere eam.

℣. Nihil proficiat inimicus in ea.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui per beatæ Mariæ Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertiſti: reſpice propitius ſuper hanc famulam tuam, ad templum ſanctum tuum pro gratiarum actione lætam accedentem: & præſta, ut poſt hanc vitam ejuſdem beatæ Mariæ meritis & interceſſione, ad æternæ beatitudinis gaudia cum prole ſua pervenire

nire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

8. *Deinde illam aspergit iterum aquâ benedictâ, ter, in modum unius crucis, ut suprà.*

9. *Postea extentâ manu faciens crucem super illam, dicit:*

Pax & benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen.

CAPUT III.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

ETsi ob reverentiam majorem Sacri Chrismatis in Diœcesi Frisingensi indutum sit, ut per Sacerdotes adstantes, & Episcopo ministrantes statim post factam Confirmationem, Sacrum Chrisma extergatur, adeóque fasciâ alibi consuetâ non sit opus; quia tamen ita componere conatus sum hoc compendium, ut etiam pro aliis Diœcesibus servire queat, in his autem fascia dicta adhiberi, & post elapsos aliquot dies Sacrum Chrisma abstergi à Sacerdotibus soleat, ideo ut ad manum habeat preces pro tali actu adhibendas, eas hoc loco ponere placuit, prout in Rituali Augustano habentur.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Acceptâ fasciâ madefactâ cum modico sale abluat in modum Crucis, dicátque:

Ab

Ab omni immunditia mentis & corporis mundet te Dominus noster Jesus Christus in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritûs ✠ sancti. Amen.

Deinde addat.

Hæc Sacri Chrismatis ablutio sit tibi omnium peccatorum tuorum remissio, ut habeas vitam æternam in Christo Jesu Domino nostro. Amen.

Pax ✠ tecum. Vade in pace. Amen.

CAPUT IV.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

DE hoc Sacramento duo potissimùm pro praxi ex Rituali observanda sunt, scilicet modus absolvendi à peccatis, & modus absolvendi à censuris, quibus addi potest modus disponendi infirmos ad confessionem legitimè & fructuosè instituendam.

§. I.

Forma à peccatis absolvendi.

1. *CUm igitur pœnitentem absolvere voluerit, injunctâ ei priùs, & ab eo acceptatâ salutari pœnitentiâ, primò dicit:*

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam, Amen.

2. *Deinde dexterâ versus pœnitentem elevatâ, dicit:*

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus, Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat: & ego aucto-

auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis (suspensionis) & interdicti, in quantum possum, & tu indiges. Deinde ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen.

Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum suspensionis.

Passio Domini nostri JESU Christi, merita B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, Amen.

3. *In confessionibus autem frequentioribus & brevioribus omitti potest* Misereatur, *&c. satis erit dicere:* Dominus noster JESUS Christus, *&c. ut suprà usque ad illud,* Passio Domini *&c.*

4. *Urgente verò aliquâ gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit:*

Ego te absolvo ab omnibus censuris, & peccatis, in nomine Patris, *&c.*

5. *Ne tamen Sacerdos absolvat aliquem, quem absolvere non potest, diligenter in memoria habere debet Casus seu peccata Pontifici aut Episcopis reservata, quæ quidem sunt triplicis generis.*

Casus summo Pontifici in Bulla Cœnæ Domini reservati.

1. Hæretici & Schismatici, eorúmque receptatores, fautores ac defensores, aut qui eorum libros de hæresi tractantes legunt.
2. Appellantes ad futurum Consilium.
3. Piratæ ac Latrunculi maritimi.
4. Rapientes bona Naufragorum.
5. Falsarij literarum Apostolicarum.

6. Sub-

6. Subministrantes arma, auxilium, consilium, vel favorem Turcis, aut aliis Christiani nominis inimicis.

7. Impedientes, ne victualia, aut alia ad usum Curiæ Romanæ necessaria Romam deferantur.

8. Interficientes, mutilantes, spoliantes, vulnerantes, detinentes, capientes, eos, qui ad Sedem Apostolicam veniunt: aut qui Jurisdictionem Judicibus Romanis datam temerè sibi vendicant.

9. Qui eadem faciunt Cardinalibus, Legatis Apostolicæ Sedis, Archiepiscopis, & Episcopis, vel consilium aut auxilium ad hoc præbent.

10. Qui impediunt, vel lædunt, recurrentes ad Romanam Curiam, vel eorum Procuratores.

11. Qui à Sede Apostolica appellant, & recurrunt ad Curias sæculares.

12. Qui contra libertatem Ecclesiasticam trahunt ad suum judicium Personas Ecclesiasticas.

13. Qui Jurisdictionem Episcoporum impediunt, vel ad hoc juvant auxilio vel consilio.

14. Qui onera inusitata Ecclesiasticis imponunt, aut ab eis recipiunt.

15. Qui hostiliter invadunt, aut occupant, detineátque terras Romanæ sedi subjectas.

Casus Summo Pontifici extra Bullam Cœnæ reservati.

1. Interficiens aut verberans Clericum, si læsio sit atrox & enormis: persequens Episcopum, vel Majorem, & Prælatum.

2. Qui aliquo externo signo suam hæresin prodit, aut Hæreticis, ab Ecclesia damnatis, circa suas perversas opiniones favet, eósque defendit.

3. Qui libros hæreticorum ſcienter legit, aut domi ſervat, citra ſpecialem diſpoſitionem.

4. Qui à Romani Pontificis obedientiâ, & Eccleſiæ Catholicæ unitate, pertinaciter ſe ipſum ſegregat.

5. Falſificans litteras Apoſtolicas, & impediens Jura vel libertatem Curiæ Romanæ.

6. Offendens Eccleſiaſticam libertatem, ut, qui effringit & ſpoliat loca ſacra, vel qui contra Eccleſiæ Jura, & privilegia judicat, aut Eccleſiarum bona detinet, alienat, vel alienata recipit, qui etiam non reddit decimas.

7. Religioſus habitum ſuum temerè dimittens.

8. Simoniacè dans vel recipiens ſacros Ordines, aut Beneficium Eccleſiaſticum: & quicunque ſuam operam vel conſilium interponit, ubi voluntas eſt dandi vel accipiendi pro re ſpirituali rem temporalem, cum ſignificatione alicujus pacti expreſſi vel taciti, in quod pactum pars utraque conſenſit. Quæ ſimonia realis in rebus Eccleſiaſticis Beneficiiſve commiſſa, conjunctam habet obligationem ad Beneficia non retinenda, & ad fructus eorum reſtituendos: in Ordinibus verò ſuſpenſum reddit illum, qui ordinatus eſt, ut non poſſit ea, quæ ſui ſunt Ordinis, citra ſpecialem facultatem exequi.

9. Incendiarius, qui publicè fuit pro excommunicato denunciatus.

10. Miſſam celebrans in excommunicatione majore.

11. Commutans alicui vota facta, de ſervanda caſtitate perpetua, de ingreſſu Religionis, de viſitando ſepulchro Domini, aut de ſuſcipienda peregrinatione ad Apoſtolorum Petri & Pauli limina, vel ad ſanctum Jacobum in Compoſtellam.

12. Sepeliens hæreticos, & illis adhærentes in loco ſacro.

Caſus

Casus Episcopales in Diœcesi Frisingensi reservati.

1. Divinatio, ſortilegium, & incantatio, atque omne magicum exercitium, ſi fuerint peccata mortalia, quod judicio prudentis Confeſſarij relinquimus.

2. In parentes proprios violenta manuum injectio.

3. Homicidium voluntarium, aut notabilis membri abſciſſio.

4. Inceſtus in primo & ſecundo conſanguinitatis gradu: item ſtuprum violentum: Raptus: & Sodomia.

5. Procuratio abortûs, aut ſterilitatis.

6. Abſolutio ab hæreſi, ſine ſpeciali Noſtrâ Commiſſione.

In Auguſtana Diœceſi ſequentes reſervantur.

1. Homicidium voluntarium.

2. Caſus habens majorem excommunicationem annexam.

3. Inceſtus cum Moniali profeſſa, cum cognata vel affine in primo & ſecundo gradu.

4. Veneficium, Incantationes Magicæ, Maleficium, abuſus SS. Euchariſtiæ & Sacrarum Reliquiarum ad artes magicas.

5. Violatio ſigilli Confeſſionis Sacramentalis.

§. II.

Forma abſolvendi à Cenſuris, & irregularitate.

ETſi non omnis Caſus reſervatus excommunicationem aut aliam cenſuram annexam habeat, ideóque in hoc caſu etiam ſpeciali formâ ad abſolutionem non indi-

indigeat; quando tamen annexam habet ejuſmodi cenſuram, ſequentes formæ obſervandæ ſunt.

Abſolutio à Cenſuris in foro conſcientiæ.

Dominus noſter JESUS Chriſtus te abſolvat, & ego authoritate ipſius (*vel ſi ab homine acceperit ſpecialem facultatem ab his cenſuris abſolvendi*) à N. traditâ, abſolvo te à vinculo Excommunicationis (*vel Suſpenſionis*) vel Interdicti, quam (*vel quod*) propter tale factum (*vel cauſam*) incurriſti (*ſeu incurriſſe declaratus es*) in nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritûs ſancti. Amen.

Notandum, hanc formam, ſi aliquis extra forum conſcientiæ à Suſpenſione aut Interdicto abſolvendus ſit, uſurpari poſſe, dummodo prima illa verba Dominus noſter JESUS Chriſtus te abſolvat; *omittantur.*

Abſolutio ab Excommunicatione in foro exteriori.

1. *Si poteſtas abſolvendi ab excommunicationis ſententiâ Sacerdoti commiſſa fuerit à ſuperiore, & in mandato certa forma ſit præſcripta, illa omnino ſervanda eſt: ſi verò in mandato ſeu commiſſione dicitur:* in forma Eccleſiæ conſueta abſolvat: *hæc ſervanda ſunt.*

2. *Excommunicatus ei, ob cujus offenſam in excommunicationem incurrit priùs, ſi poteſt, ſatisfaciat. Quòd ſi tunc non poſſit, ſufficientem cautionem præbeat, aut ſaltem, ſi eam præſtare non poteſt, juret ſe, cùm primùm poterit, ſatisfacturum: & ſi crimen, ob quod in excommunicationem incidit, ſit grave, juramentum ab eo exigatur, de parendo mandatis Eccleſiæ, quæ illi fient pro tali cauſa.*

3. *Denique hunc abſolvendi ritum obſervabit.*

Pœnitentem coram ſe utroque genuflexo, in humero, ſi vir

vir fuerit (*secus si fœmina*) *usque ad camisiam exclusivè denudato, virgâ aut funiculis sedens leviter percutit, dicendo totum Psalmum*, Miserere mei Deus, *&c. cum* Gloria Patri, *&c. Deinde surgit & aperto capite dicit:* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Salvum fac servum tuum (*vel ancillam tuam*) Domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo (*in ea*) ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, cui proprium est misereri semper & parcere: suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum (*hanc famulam tuam*) quem (*quam*) excommunicationis sententia constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

4. *Mox sedet, & cooperto capite dicit:*

Dominus noster JESUS Christus te absolvat: & ego auctoritate ipsius, & sanctissimi Domini nostri Papæ (*vel* Reverendissimi Episcopi *N. vel talis* Superioris) mihi commissâ, absolvo te, *&c. ut suprà.*

5. *Quòd si plures sint causæ, ob quas quispiam est excommunicatus, omnes in absolutione sunt exprimendæ: ne alioquin à solis expressis censeatur absolutus.*

Absolutio generalis à Censuris & peccatis tempore Jubilæi.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat: & ego auctoritate ejusdem, ac Domini nostri Papæ *N.* quâ in hac parte fungor, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis (*suspensionis*) & interdicti, si quod eorum quomodocunque contraxisti, & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, communioni & unitati fidelium. Deinde ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen.

Si pœnitens sit Laicus, omittitur verbum suspensionis.

Dispensatio circa Irregularitatem.

1. *Si verò Confessario, sive in foro conscientiæ, sive extra, data est potestas dispensandi super irregularitate, tunc postquam absolverit à peccatis, addat consequenter*: Et eadem auctoritate dispenso tecum super Irregularitate (*vel* irregularitatibus, si sunt plures) in quam (*vel* in quas) ob talem causam (*vel* tales causas eas exprimendo) incurristi, & habilem reddo, & restituo te executioni ordinum & officiorum tuorum, in nomine Patris ✠, & Fliij, & Spiritûs sancti, Amen. *Si nullum habet Ordinem, dicatur*: Habilem te reddo ad omnes Ordines suscipiendos, *vel etiam ad alia, juxta tenorem Mandati.*

2. *Quòd si necesse sit titulum Beneficij restituere, & fructus malè perceptos condonare, subjungat*:

Et restituo tibi titulum (*seu* titulos) *Beneficij* (*seu* Beneficiorum) & condono tibi fructus malè perceptos. In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen.

§. III. *Mo-*

§. III.

Modus disponendi Pœnitentem, infirmum maximè, ad legitimam Confessionem faciendam.

1. *CVm sæpe Confessiones excipiendæ sint illorum infirmorum, qui vel ob dolores & vim morbi disponere se sufficienter non possunt ad dolorem, aliósque actus convenientes eliciendos, ideo ut ad manum habeat Sacerdos ejusmodi actus & preces, placuit eos huc apponere.*

ORATIO

Ante Confessionem.

2. O Mein HErr JEsu Christe/ wahrer GOtt und Mensch/ mein Schöpffer und Erlöser. Dieweil ich dich billich über alle ding soll lieben/ und liebe/ so reuet mich von gantzem Hertzen/ daß ich dich jemals beleydiget hab. Nimm mir aber ernstlich für/ hinfüran nicht mehr zu sündigen/ und alle begangene Sünden mit wahrem Schmertzen vollkommenlich zu beichten/ und zu büssen. Bitte dich derohalben demüthig umb Verzeyhung/ und opffere dir zur Gnugthuung auff dein H. Leyden/ sampt den Verdiensten deiner gebenedeyten Mutter/ und aller Heyligen/ wie auch mein gantzes Leben/ und Schmertzen; und hoffe festiglich auff dein unendliche Gütigkeit und Barmhertzigkeit/ du werdest mir durch die Verdienst deines kostbarlichen Bluts und bitteren Tods alle meine Sünd und Missethaten gnädiglich verzeyhen/ auch kräfftige Hülff mittheilen/ damit ich mein Leben besseren/ und darinn biß in den Tod verharren möge/ Amen.

Ein anders durch anmüthige Seufftzer.

3. O mein allerliebster HErr JEsu Christe / ich glaub festiglich / daß du dein heiliges Blut zu abwaschung meiner Sünden vergossen / und auch zu disem Zihl das H. Sacrament der Beicht hast eingesetzt / darumb dann sey gelobt und gebenedeyet in alle Ewigkeit.

4. O HErr JEsu Christe / mein einiger Trost und Zuflucht / ich hoffe festiglich / du werdest mir durch Krafft dises H. Sacraments meine Sünden vollkommenlich verzeyhen / und kräfftige Gnad verleyhen / dieselbe hinfüran ernstlich zuvermeyden. Ach lasse mich nicht zuschanden werden.

5. O HErr JEsu Christe / weil du mich so sehr geliebt hast / also liebe auch ich dich von inneristen grund meines Hertzens / und ist mir derentwegen inniglich leyd / daß ich dich mein höchstes und einiges Gut so schwärlich beleydiget hab. Nimme mir aber ernstlich für / dich hinfüran nicht mehr zu beleydigen / und alles / was ich dir oder anderen zur Gnugthuung zu leisten schuldig bin / völlig zuerstatten.

6. O allerliebster JESU / du wahres Lamb Gottes / daß du hinnimmest die Sünd der Welt / ich bitte dich durch die unendliche Lieb / mit der du für uns gestorben bist / du wollest mir alle begangene Sünden gnädig verzeyhen / und kräfftige Gnad verleyhen / daß ich dieselbe anjetzo mit wahrer Reu beichten / und hinfüran auß eyfferiger Lieb gegen dir gäntzlich vermeyden möge / Amen.

7. O Sanfftmütigister JESU / gleichwie du mir und anderen Feinden so barmhertzig alles / was

wir wider dich gethan/ verzeyest/ also verzeyh auch ich umb deinet willen allen / die mich jemahls beleidiget haben / und bitte dich von Hertzen/ daß auch du jhnen und allen anderen Sünderen gnädig verzeyhen / und Gnad / jhre Sünden warhafftig zu beichten und zu büssen/ verleyhen wollest.

8. O liebreiche Mutter der Barmhertzigkeit/ und jhr andere meine heilige Patronen ; ach erbarmet euch / und bittet für mich / und alle andere Sünder / auff daß wir alle unsere Sünden warhafftig bereuen/ beichten und besseren mögen/ Amen.

Nach der Beicht.

9. O allerliebster HErr JESU Christ / ich sag dir demüthigisten Danck/ daß du nicht allein das H. Sacrament der Beicht eingesetzt / sonder auch desselben Frucht mich so offt bißhero/und jetzt abermal hast wöllen genüssen lassen. O wolte GOtt / ich kundte dich wegen solcher Gutthat unendlich loben / und lieben. Ach gütigister JESU/ ich bitte dich inniglich durch dein unermessene Barmhertzigkeit / du wollest mir dein Gnad verleyhen / daß ich dein Göttliche Majestät hinfüran nicht mehr freywillig beleydige. Verzeyhe mir auch alles / was ich in diser Beicht oder sonst gesündiget hab/ gleichwie auch ich von Hertzen verzeyhe allen/ die mich beleydiget haben ; und wünsche jhnen alles das jenige Gut/ das ich mir selbst begehre. Ach allerliebster JESU/ in deinem heiligen Leyden und Wunden stehet alle meine Hoffnung und Vertrauen / verleyhe derohalben / daß ich durch deren Krafft alle Sünd vermeyden/ und je mehr Schulden mir von dir seyn nachgelassen worden / je inbrünstiger ich dich meinen GOtt und HErrn lieben möge.

10. O unbefleckte Jungfraw MARIA / und ihr alle meine heilige Patronen / bittet für mich und alle Sünder / daß wir unser Leben ernstlich besseren / und GOtt unseren HErrn von Hertzen lieben und ehren mögen / Amen.

Seufftzer.

11. O HErr / du hast mein Seel erlediget / daß sie nicht zu grund gangen ist. Mein Seel ist wie ein Spatz errettet worden: Der Strick ist zerbrochen / und wir erlediget worden.

12. Du hast / O HErr / meine Strick zerbrochen / dir will ich derohalben das Opffer deß Lobs auffopfferen. Geschworen hab ich / und ernstlich fürgenommen / die Gebott deiner Gerechtigkeit zu halten.

13. HErr / sey nicht ingedenck meiner begangenen Sünden / sonder thue sie mit deiner Barmhertzigkeit bedecken.

Pro Sacerdotibus & aliis.

14. O benignissime JESU, Redemptor & Consolator meus, quid retribuam tibi pro tanta caritate, quâ non solùm hoc Sacramentum instituisti, sed fructum etiam illius toties mihi applicuisti. O utinam propter hoc beneficium infinities Te laudare, benedicere, & amare possem!

15. Ah, pijssime JESU! da mihi, obsecro per infinitàm misericordiam tuam, gratiam istam, ut divinam Majestatem tuam deinceps nunquam ampliùs deliberatè offendam. Ignosce quoque, quidquid in hac Confessione, aut unquam aliàs deliqui, sicut & ego amore tui ignosco omnibus, qui me unquam offenderunt, precórque illis eandem gratiam, quam mihi ipsi exopto.

16. Ah JESU mi dilectissime! in sanctissima passione & vulneribus tuis omnis spes mea reposita est. Fac ergo, obsecro, ut virtute illorum de omnibus vitiis triumphem, & quantò plura per te mihi remissa sunt debita, tantò ardentiori te DEUM meum amore complectar, qui vivis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

17. O Sanctissima & immaculatè concepta Virgo MARIA, & vos omnes SS. Patroni mei, intercedite, quæso, pro me, & optatam peccatorum veniam, verámque vitæ emendationem mihi, aliísque Peccatoribus impetrate. Amen.

Suspiria.

18. Eruisti, Domine, animam meam, ne periret. Projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

19. Dirupisti, Domine, vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Juravi, & statui custodire judicia justitiæ tuæ.

20. Ne reminiscaris, Domine, delicta mea, neque vindictam sumas de peccatis meis, sed citò anticipet me misericordia tua.

CAPUT V.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

1. *DE hac potissimùm, quando Infirmis præbenda est, hoc in loco agitur; & quia interdum antè, quàm allata sit Eucharistia, disponendus est æger, ut illam dignè recipiat, ad hunc finem servire illi poterunt sequentes orationes & suspiria.*

§. I. *De*

§. I.

De Præparatione ad sumendam Eucharistiam.

1. O Allerliebster HErr JEsu Christ / ich glaub festiglich / daß du in disem H. Sacrament mit Leib und Seel / mit der Gottheit und Menschheit gegenwärtig seyest. Bette dich derohalben an / und verehre dich mit tieffester Demut / und wünsche von Hertzen / daß du von allen Geschöpffen auff die höchste Weiß verehret / und geliebt werdest.

2. O HErr JESU / ich erkenne mit höchster Danckbarkeit / und erfreue mich / daß du begehrest bey mir einzukehren. Bin auch bereit / dich meinen Gott und HErrn auffs würdigist / als mir möglich / zuempfangen.

3. O gütigister JESU / es ist mir hertzlich leyd / daß ich dich mein höchstes Gut so offt / und so schwärlich beleydiget / und nimme mir ernstlich für / dich hinfüran nicht mehr freywillig zuverletzen / damit du jederzeit in mir ein würdige Wohnung finden mögest.

4. O mildester JESU / ich opffere dir mit tieffester Demut auff mein Hertz / und alles / was ich hab / und bitte / du wollest dir dasselbe nach deinem Wolgefallen zu beraiten.

5. O barmhertzigister JESU / gleichwie einen Hirschen dürstet nach dem Wasser / also dürstet mein Seel zu dir. Komme / O HErr / dann nach dir steht meiner Seelen Begierd.

6. O liebreichister JESU / dich lieb ich von gantzem meinem Hertzen / weil du mich so sehr geliebt / und zu einem Pfand solcher Lieb dein H. Leib und Blut gegeben hast.

7. O HErr JESU / ich bin nicht würdig / daß du eingehest under mein Tach / sonder sprich nur ein Wort / so wird mein Seel gesund.

Ein anders.

8. O Himmelischer Vatter / sihe / hie kommet zu dir der verlorne Sohn / welcher auß deinem Hauß gewichen / und die Güter deiner Göttlichen Gnad so übel angewendt hat. Ach Vatter ich hab gesündiget vor dir / und in dem hohen Himmel / und bin nicht werth / daß ich dein Kind genennt werde. Doch aber erbarm dich meiner / lauff mir entgegen / umbfang mich in dem Kuß deß Fridens / gib mir widerumb das Kleyd der Unschuld / lade mich zu der Mahlzeit / welche du von dem Leib und Blut deines allerliebsten Sohns hast zuberaitet / damit ich durch dieselbe erquickt / und ersättiget / dir hinfüran beständiger anhange / und in deinem Hauß und Gnad hie zeitlich / und dort ewig verbleibe / Amen.

Seufftzer.

9. O gütigister JESU / mit solchem Glauben / Hoffnung / Lieb / und Reinigkeit begehr ich dich zu empfangen / wie dich empfangen und verlangt hat dein allerheiligiste Mutter / da sie dem Bottschafft-Engel demütig geantwortet hat: Sihe / ich bin ein Dienerin deß HErrn / mir geschehe nach deinen Worten.

10. Woher kommet mir dise Gnad / daß mein HErr sich würdiget zu mir zu kommen? Ach HErr / ich bin nicht würdig / daß du eingehest under mein Tach / sonder sprich nur ein Wort / so wird mein arme Seel gesund.

11. O HErr / weiche von mir / dann ich bin ein Sünder. Aber ich nimm mir für / nicht mehr zu sündigen. So komme dann / O HErr JESU / und thue dein Ankunfft nicht verweilen.

12. O HErr / was ist der Mensch / daß du seiner gedenckest? oder was ist deß Menschen Kind / daß du es heimsuchest?

Pro Sacerdotibus.

13. *Pro his aptissimæ videri possunt preces, quas ipsa Mater Ecclesia in SS. Missæ Sacrificio præscribit. Dicat itaque infirmus, aut alius illius loco.*

14. Domine JESU Christe, Fili DEI vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam Mundum vivificâsti: libera me per hoc Sacrosanctum Corpus & Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis, & universis malis, & fac me tuis semper inhærere mandatis, & à te nunquam separari permittas, qui cum eodem DEO Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas DEUS in sæcula sæculorum. Amen.

15. Perceptio corporis tui, Domine JESU Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in judicium & condemnationem, sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamen mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui vivis &c.

16. Credo in te, ô suprema veritas: Spero in te, ô æterna felicitas: revereor te, ô tremenda Majestas: amo te, ô incomprehensibilis bonitas: glorifico te, ô sanctissima Deitas: Doleo medullitus, quòd unquam te offenderim.

In Gegenwart deß H. Sacraments.

17. Seye gegrüst du wahrer Leib Christi / auß MARIA gebohren / und an dem Creutz auffgeopffert.

feret. Auch von Blut und Wasser geflossen. Seye doch mein Speiß in meinem letzten Sterbstündlein; O gütiger / O süsser JESU / ein Sohn Mariæ erbarm dich meiner.

18. O gütiger JEsu / du bist kommen / die Sünder selig zu machen / deren ich der erste und gröste bin. So komme dann / und hayle mich.

19. Ave verum corpus, natum de MARIA
Virgine
Verè passum, immolatum in Cruce pro
homine,
Cujus latus perforatum, undâ fluxit &
sanguine,
Esto mihi prægustatum mortis in examine
O clemens, ô pie, ô dulcis JESU
Fili MARIÆ, miserere mei. Amen.

20. Venisti, ô bone JESU, in Mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Veni ergo, & salva me.

21. Bone Pastor, panis vere,
JESU mei miserere,
Tu me pasce, me tuere,
Tu me bona fac videre
In terra viventium.

22. O Ferculum Angelicum,
Esto mihi viaticum,
Ad mortis iter ultimum.

In würcklicher Genüssung.

23. Der Leib meines HErrn JESU Christi bewahre mein Seel zu dem ewigen Leben.

24. Nun / O HErr / lasse deinen Diener ruhen im Friden / dann meine Augen haben gesehen /

und mein Mund empfangen den wahren Heyland.

25. O HErr / ich hab dich gehalten / und will dich nicht lassen / biß daß du mir deinen Göttlichen Seegen gegeben hast.

26. Ich hab gefunden den jenigen / den mein Seel liebet. Ich hab jhn gehalten / und will jhn nicht mehr von mir lassen.

27. O HErr bleib bey mir / dann die Nacht kommet herzu.

28. O du edle Seel Christi heilige mich: O Leib Christi heyle mich: O Blut Christi träncke mich: O Wasser der Seiten Christi wasche mich: O Leyden Christi stärcke mich: O gütiger JESU erhöre mich: In deine Wunden verbirge mich: Laß mich von dir nicht gescheyden werden: Vor dem bösen Feind verbirge mich: In der Stund meines Tods ruffe mich / und laß mich zu dir kommen / damit ich dich sampt deinen Heiligen in Ewigkeit lieben und loben möge / Amen.

29. Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundùm verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei, & os meum gustavit salutare tuum.

30. Domine, non dimittam te, donec benedixeris mihi.

31. Inveni, quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.

32. Mane mecum, Domine, quoniam vita mea advesperascit.

33. Anima Christi sanctifica me: Corpus Christi salva me: Sanguis Christi inebria me: Aqua lateris Christi lava me: Paßio Christi conforta me: O bone JESU exaudi

exaudi me: intra vulnera tua absconde me: ne permittas me separari à te: ab hoste maligno defende me: in hora mortis meæ voca me, & jube me venire ad te, ut cum Sanctis tuis laudem, & glorificem te in sæcula sæculorum. Amen.

Nach der Genüssung.

34. O HErr JEsu Christe/ ich glaub abermahl festiglich/ daß du warhafftig bey mir hast eingekehrt/ und mich mit deiner Gegenwart geheiliget hast/ grüsse dich derohalben/ lobe/ und verehre dich mit höchster Demut/ und lade zu mir alle deine Heiligen/ damit sie dich mit mir nach allen jhren Kräfften loben/ und benedeyen.

35. O JESU/ ich sag dir höchsten Danck/ daß du nicht allein dises heilige Sacrament eingestellt/ sonder auch so offt/ und heut sonderlich mich desselben theilhafftig gemacht hast. Opffere dir auch zu schuldiger Danckbarkeit auff eben disen deinen heiligen Leib/ sambt allen Communionen und Meßopfferen/ welche einmal in der gantzen Welt seyn verricht worden/ wie nicht weniger auch mich selbst/ und alles/ was ich hab/ und bitte demütig/ du wollest dir dises mein Opffer wolgefällig/ und angenehm seyn lassen.

36. O JESU/ jetzt erkenne ich abermal dein unaußsprechliche Lieb/ und nimme mir ernstlich für/ dich hingegen von Hertzen zu lieben/ wie ich dann hiemit umb deiner Lieb willen aller Sünd und bösen Begirden gäntzlich absage.

37. O JESU/ in dir steht all mein Hoffnung und Vertrauen/ bitte dich derohalben durch die Lieb/ mit der du dises H. Sacrament eingesetzt/ und mir jetzund wider mitgetheilt hast/ du wollest mir geben/

was du mir zum nutzlichisten zuseyn erachtest/sonderlich aber ein wahren Haß der Sünden / Lieb zur Tugend/ Gedult im Leyden / und letztlich ein glückseliges End meines Lebens.

38. O JEsu/ ich befihl dir auch alle lebendige und Todten / sonderlich aber meine Oberen / Befreundten / Gutthäter / und alle/ die sich meinem Gebett befolchen / oder sonst meiner Hülff vonnöthen haben / und bitte dich abermahl durch dein H. Leib und Blut/ du wollest den Abgestorbnen die ewige Ruhe verleyhen/den Lebendigen aber ein wahre Lieb und Begierd zu disem H. Sacrament / und alles / was jhnen an Leib und Seel nutz ist / gnädiglich mittheilen.

39. O JEsu / ich laß dich nicht von mir/ biß daß du mir / und allen / welche ich dir jetzt befohlen hab/ den begehrten Seegen mittheilest.

Ein anders.

40. O gütigister HErr JEsu Christ/ ich sag dir höchstes Lob und Danck / daß du mich armen und ellenden Sünder auß keinem meinem Verdienst / sonder allein auß deiner eignen grundlosen Barmhertzigkeit mit deinem köstlichen Leib und Blut mildiglich gespeiset hast.

41. Bitte dich zugleich mit höchster Demut und Vertrauen/ du wollest mir verleyhen/ daß dise so fürtreffliche Mahlzeit mir nicht geraiche zum Gericht und Verdamnuß / sonder zu Verzeyhung der Sünden/ und zu Trost und Heyl meiner armen Seel.

42. Verschaffe auch/ O JEsu/ daß dises H. Sacrament sey ein Weegzehrung wider alle Versuchung und Anlauff meiner Feind / damit ich sicher zu dir in das himmlische Vatterland gelangen möge.

43. O JEsu / du hast gesagt: Wer isset mein Fleisch / und trincket mein Blut / der bleibt in mir / und ich in jhm: Bleibe derohalben auch jetzt bey und in mir / damit auch ich in dir / und in deiner Gnad / in der Catholischen Kirch / und in dem Weeg deiner Gebott verbleiben / und wandlen möge.

44. Letztlich / O JESU / hilff mir mein kurtzes Leben Christlich und glücklich vollenden / damit ich einmahl zu dem jenigen Oster-Mahl komme / in welchem du deinen Außerwöhlten selbst ein sichtbarliche Speiß / reichliche Ersättigung / ewige und immerwehrende Freud / und vollkommne Seligkeit seyn wirst / Amen.

Alia Ecclesiæ.

45. Purificent nos, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, Sacramenta, quæ sumpsimus, & intercedentibus omnibus Sanctis tuis præsta, ut hoc tuum Sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia Mundi pericula firmamentum, sit vivorum atque mortuorum Fidelium remissio omnium delictorum. Amen.

46. Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, qui me Peccatorem indignum Famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ, saturare dignatus es pretioso corpore & sanguine Filij tui, Domini nostri JESU Christi, & precor, ut hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis: sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiæ & libidinis exterminatio: caritatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ, omni-

omniúmque virtutum augmentatio: contra insidias inimicorum omnium tam visibilium, quàm invisibilium firma defensio: motuum meorum tam carnalium, quàm spiritualium perfecta quietatio: in te uno ac vero DEO firma adhæsio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me Peccatorem perducere digneris, ubi Tu cum Filio tuo & Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

§. II.

Actus Communionis Infirmorum.

1. I*Ngrediens verò locum, ubi est infirmus, dicat*: Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

2. *Tum depositum Sacramentum super mensâ, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, & mox acceptâ aquâ benedictâ, aspergit infirmum, & cubiculum, dicens Antiphonam*: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor: *& primum versum psalmi,* Miserere mei Deus, *cum* Gloria Patri. Sicut erat, *&c. Deinde repetitur Antiphona*: Asperges me, *&c. Postea,* ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. 3. *His*

3. His dictis, accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacrum Viaticum, & utrùm velit aliqua peccata confiteri: & illum audiat, atque absolvat: quamvis priùs deberet esse ritè confessus, nisi necessitas aliter urgeat. Si tamen quispiam ex certa causa de debitis occultis, votis, restitutionibus rei alienæ, reconciliandis inimicis, interrogandus judicaretur, id prudenter & suaviter fiat.

4. Si infirmus confiteri velit, alios loco aliquantùm interim exesse jubeat, & confessione absolutâ, revocet.

5. His expeditis, hortetur infirmum dispositum, ut devotè & firmâ fide Corpus Domini recipiat, & circumstantes moneat, ut pro infirmo orent, sequenti, vel alio opportuniore suavi modo: conversus ad ægrum dicit:

Geliebter (Geliebte) in Christo dem HErrn. Demnach ihr von dem Allmächtigen GOtt mit diser Leibs-Schwachheit vätterlich und miltiglich heimbgesucht/ auch solche Heimbsuchung von euch gehorsamb: und williglich angenommen/ und darüber die weitere nothwendige Mittel/ durch die heilige Beicht und Buß biß dato ergriffen worden; ingleichem ihr anjetzt das heiligiste Sacrament deß wahren Fleisch und Bluts JEsu Christi / als die wahrhaffte lebendig und seligmachende Weegspeiß / zu empfangen / brünstiges Verlangen traget/ Also wollet ihr vorhero gegen disem allerheiligisten Sacrament in eurer Seel ein festen Glauben und hertzliche Andacht zu erwecken/ euch befleissen.

Deinde ad circumstantes se vertens, dicit:

Solche Gnad von GOtt zuerlangen / wollen wir ins gesambt in der stille mit gebognen Knyen betten ein andächtiges Vatter unser/ und Englischen Gruß.

6. Postea fit de more confessio generalis sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, latinè.

7. Sacerdos facie ad ægrum conversâ, ita tamen, ut tergum nunquam vertat venerabili Sacramento, dicit: Misereatur tui, *&c.* Indulgentiam, *&c.*

8. Deinde factâ genuflexione, accipit Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sehet das Lamb GOttes / sehet welches hinnimt die Sünd der Welt; *dein more solito ter dicat:*

Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur anima mea.

Si æger non intelligat, dicatur germanicè: O HErr / ich bin nicht würdig / daß du eingehest under mein Tach / sonder sprich nur ein Wort / so wird gesund mein Seel.

9. Et infirmus simul cum Sacerdote dicat eadem, saltem semel submissâ voce, si potest.

10. Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam dicat: Accipe frater (*vel soror*) viaticum Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducat in vitam æternam, Amen.

11. Si verò Communio non datur per modum Viatici; dicat more ordinario: Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.

12. Cõmunio autẽ per modum Viatici ministratur, cùm probabile est, quòd infirmus eam ampliùs sumere nõ poterit.

13. Quòd si mors immineat, & periculum sit in morâ, tunc dicto, Misereatur, *&c. prædictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim Viaticum præbeatur.*

14. Postea Sacerdos abluat digitos, nihil dicens, & infirmo detur ablutio, & subjungat coram venerabili. O

sacrum

ſacrum convivium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis ejus, mens repletur gratiâ, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo
℣. Salvum fac ſervum tuum.
℟. DEUS meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, ſempiterne Deus, te ſuppliciter deprecamur, ut huic famulo, ſacroſanctum corpus Domini noſtri JESU Chriſti Filij tui accipienti, ad animæ, & corporis ſui proſit remedium ſempiternum.

Protege Domine hunc famulum tuum ſubſidiis pacis, & B. Mariæ Virginis patrociniis confidentem, à cunctis hoſtibus redde ſecurum.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos, pro hoc famulo tuo infirmo (*vel*

famulâ) misericordiæ tuæ implorantes auxilium, ut redditâ sibi sanitate in Ecclesiâ tuâ gratiarum tibi referat actionem. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

15. *Nota in Diœcesis Frisingana Rituali Sacerdos post ablutionem tantùm jubetur dicere :* Dominus vobiscum *&c. ac primam orationem.*

16. *His expletis, redit ad ægrotum, ipsúmque consolatur, & instruit pro diversitate, & exigentiâ personarum verbis accommodatis, paucis, & suaviter propositis: ad quod serviet adhortatio posita infrà post acceptam Extremam Unctionem.*

17. *Monebit quoque infirmum leni & suavi modo, de Extrema Unctione, vel tum statim, si periculosè decumbat, vel si locus ægroti ab Ecclesia longè distat, ac propterea accrescente repentè morbo, sacerdos tam expeditè adesse non potest, aut saltem ingravescente periculo, dum adhuc sensus sani sunt, suscipiendâ.*

18. *Deinde si particula Sacramenti in vasculo superfuerit (superesse autem semper debet, præterquam in casu longioris itineris genuflectit, surgit & accipiens vasculum cum sanctissimo Sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, & reverenter illud deferens, ordine, quo venerat, revertitur ad Ecclesiam, dicendo privatim per viam Psalmum* Laudate Dominum de cælis, *& alios Psalmos, & Hymnos, prout tempus feret.*

19. *Quòd si ob difficultatem, aut longitudinem itineris, vel quia eâ, quá decet, veneratione, Sacramentum ad Ecclesiam commodè reportari non potest, sumpta fuerit una tantùm particula consecrata, ut dictum est, tunc eâ infirmo*

firmo administratâ, Sacerdos, prædictis precibus recitatis, ægrotum aquâ benedictâ aspergit, & manu benedicit, dicens: Benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen. *Atque unà cum aliis privato habitu, extinctis luminibus, umbellâ demissâ, latente pyxide, ad Ecclesiam, vel domum quisque suam revertatur.*

CAPUT VI.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

Articulus I.

De disponendo ægro ad hoc Sacramentum.

1. *CVm perventum fuerit ad locum ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum dicit*: Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in eâ.

2. *Deinde deposito Oleo super mensam, ægroto crucem piè osculandam porrigit, mox in modum crucis (id est, ter, in medio, à dexteris, & sinistris rei aspergendæ) eum aquâ benedictâ, & cubiculum, & circumstantes aspergit, dicens Antiphonam* Asperges *&c. ut suprà. pag. 52.*

3. *Quòd si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, & absolvat.*

4. *Deinde piis verbis illum consoletur, & de hujus Sacramenti vi, atque efficaciâ, si tempus ferat, breviter admoneat, & quantum opus sit, ejus animum confirmet, & in spem erigat vitæ æternæ; quam in rem suaviter, & opportunè, prout vel status morbi, vel ægri conditio feret, instillabi-*

stillabitur infirmo sequens brevis monitio; simúlque astantes monebuntur, ut pro ægroto orent, similibus verbis.

5. *Conversus ad ægrum dicit:*

Geliebter (Geliebte) in Christo dem HErrn. Dieweil der Allmächtige gütige GOtt gegenwärtige Kranckheit euch zu einer Erinnerung der menschlichen Schwachheit und Sterblichkeit / dann zu mehrerer übung der Gedult / und zu abdienung allerley verdienten Straffen / in bester Meinung verordnet und zugeschickt / benebens auch zu einem Trost / Seelen und Leibs Stärck / dann zu Nachlassung der zeitlichen Straffen / das H. Sacrament der letzten Oelung eingesetzt; also wollet jhr solches heilsames Mittel gebührend zu empfangen / nach bestem vermögen euch beraitet machen. Sprecht mir derohalben mit Andacht nachfolgendes Gebett.

6. O HErr JEsu Christ / der du durch deinen H. Apostel gesagt hast: Ist jemand kranck under euch / der ruffe zu jhm die Priester / und lasse sie über jhn betten / und mit Oel salben in dem Namen deß HErrn / und das Gebett deß Glaubens wird dem Krancken helffen / und der HErr wird jhn erleichteren / und / wann er in Sünden ist / werden sie jhm vergeben werden. Ich bitte dich demütig / du wollest durch dises H. Sacrament mich wider alle feindliche Anlauff deß bösen Feinds stärcken / und bewahren / die noch übrige / und nicht zu genügen abgebüste Sünden gnädiglich nachlassen / und die Gesundheit deß Leibs / wann es zu deiner Ehr / und meinem Heyl geraicht / widerumb zustellen / Amen.

7. O amantissime Domine JESU, credo firmissimè, Te hoc Sacramentum ad corporis, animæque salutem

tem ac solatium instituisse, desidero proinde illud cum omni possibili reverentia ac devotione suscipere, demissè rogans, ut eosdem effectus mihi juxta SS. beneplacitum tuum concedere digneris. Veni ergo, ô vere Samaritane, & oleo tuæ misericordiæ, ac vino caritatis unge, & sana me.

8. *Deinde ad circumstantes se convertens dicat:*

Damit aber gegenwärtige krancke Persohn dises H. Sacrament mit erwünschtem Frucht empfangen könne / wollen wir gesambt mit gebogenen Knyen in der still ein andächtiges Vatter unser / und Englischen Gruß betten.

Articulus II.

Actus Extremæ Unctionis.

1. *Postea stans versùs ægrum ad latus mensæ, in qua depositum est sacrum Oleum, dicit:*

2. ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

INtroeat, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu, æterna felicitas, divina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dæmonum: adsint Angeli pacis, domúmque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum: & benedic ✠ nostræ conversationi: sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus & pius es, & permanes cum Patre & Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus, & deprecemur Dominum nostrum Jesum Chri-

Christum, ut benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum custodem, & faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege suâ: avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus in sæcula sæculorum, Amen.

Oremus.

EXaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

3. *Quæ orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti.*

4. *Tum de more factâ confessione generali, latino, vel vulgari sermone, Sacerdos dicat:* Misereatur tui, *&c.* Indulgentiam, *&c.*

5. *Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut, ubi commodum fuerit, pro loco, & tempore, & adstantium numero, vel qualitate, recitent septem Psalmos Pœnitentiales, cum Litaniis, vel alias preces capite sequenti positas, dum ipse Unctionis Sacramentum administrat.*

6. *Cùm nemo alius adest, qui ista recitet, ipsemet Sacerdos, cùm tempus patitur, dicet: aut saltem Psalmum* Miserere, *&* Litanias *latinè, vel si æger petit, aut etiam ipse respondere vult, germanicè, devotè, & distinctè recitabit.*

7. *His peractis, Sacerdos accedit ad lectum infirmi, & extensâ manu dexterâ, facit ter signum crucis super eum dicens:*

In nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritûs ✠ sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. ℟. Amen.

8. *Deinde intincto pollice in Oleo Infirmorum, in modum Crucis ungit infirmum, in partibus hîc subscriptis, aptando propriis locis verba formæ, in hunc modum.*

Ad oculos.

PEr istam sanctam Unctionem ✠, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti, Amen.

Minister verò, si est in sacris Ordinibus, vel ipsemet Sacerdos inungens, post quamlibet Unctionem tergat loca inuncta novo semper globulo bombacij, vel rei similis, eáque in vase mundo reponat, ad Ecclesiā postea deferenda.

Ad aures.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti, Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquisti, Amen.

Ad os, compressis labiis.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum & locutionem deliquisti. Amen.

Ad

Ad manus, interiùs.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti, Amen.

Sacerdotibus manus non inunguntur interiùs, sed exteriùs.

Ad pedes.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti, Amen.

Ad lumbos, sive renes.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per lumborum delectationem deliquisti, Amen.

Hæc autem Unctio ad lumbos omittitur semper in fœminis, atque etiam in viris, qui ob infirmitatem vix aut sine periculo moveri non possunt.

9. *Quibus omnibus peractis, Sacerdos medullâ panis, vel sale non benedicto abstergit digitos, cumprimis autem pollicem, quo usus est in Unctione, ac tum manus aquâ abluit, & extergit linteo, dein stans versùs ægrum dicit:*

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, *&c.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Salvum fac servum tuum (*famulam tuam*) ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto. ℟. Et die Sion tuere eum (*eam.*) ℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo (*in eâ.*) ℟. Et Filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DOmine Deus, qui per Apoſtolum tuum Jacobum locutus es: infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei: cura quæſumus, Redemptor noſter, gratiâ ſancti Spiritûs languores iſtius infirmi, ejúſque ſana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo (*ab ea*) expelle, plenámque interiùs & exteriùs ſanitatem miſericorditer redde, ut ope miſericordiæ tuæ reſtitutus (*reſtituta*) ad priſtina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivis, & regnas Deus, in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

REſpice, quæſumus Domine, famulum tuum *N.* (*famulam tuam N.*) in infirmitate ſui corporis fatiſcentem, & animam refove, quam creâſti: ut caſtigationibus emendatus (*emendata*) ſe tuâ ſentiat medicinâ ſalvatum. (*ſalvatam.*) Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cuſtodis: ad invocationem tui nominis benignus aſſiſte, ut famulum tuum (*famulam tuam*) ab ægritudine liberatum (*liberatam,*) & ſanitate donatum (*donatam,*) dexterâ tuâ erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque Eccleſiæ tuæ ſanctæ, cum omni deſideratâ proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

10. *Ad extremum, pro infirmi qualitate, & capacitate, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, & ad fugandas dæmonum tentationes roboretur, hoc, vel simili modo.*

GEliebter (Geliebte) in Christo dem HERRN. Under wehrender diser Kranckheit/ wollet jhr wegen empfangenen disen heiligen Sacrament jederzeit danckbar/ und in GOtt wol getröst seyn. Beyneben alles widriges und beschwärliches in beharzlicher Gedult/ nach belieben GOttes/ übertragen/ auch unerschrocken das jenige erwarten / und willig annemmen / was und wie es GOtt mit eurem zeitlichen Leben und Gesundheit verordnen wirdet: Neben deme wollet jhr die anjetzt durch diß heilige Sacrament erthailte Gnad nicht allein beständig / durch vermeydung aller schwären Sünden / in euch behalten / sonder stets durch mögliche und fügliche Würckung allerley guten Wercken / forderist aber durch jmmerdar wachsende Verainigung mit dem Göttlichen Willen vermehren / und die hiemit zwischen GOtt und eurer Seel verneẃerte Verbündnuß solcher gestalten unverändert und unbemailiget beschützen / daß jhr in Zeit diser eurer beschwärlichen Leibs-Haimbsuchung euer Hertz und Gemüth von allen unnöthigen zeitlichen Sorgen und Verlangen abwendet / und allein mit eurem GOtt und HErzn je mehr und mehr verainbaret / damit euer Seel als ein Geistliche Braut Christi jederzeit fähig und berait seye/ nicht allein von Christo jhrem Bräutigamb in der jhme gefälligen Zeit zu dem ewigen Hochzeitmahl berueffen / sonder auch mit dem weissen Kleyd deren GOtt gefälligen Tugenden in Freuden eingelassen zuwerden.

Dein-

Deinde conversus ad circumstantes, & curam ægri habentes, dicit:

JN Christo dem HErrn geliebte Umbstehende / sonderbahr die jenige / so diser krancken Persohn außwarten / werden hiemit erjnnert und gebetten / daß sie den Krancken mit guter gelegenheit dessen / was anjetzt vorgehalten / jhrer seits / auch sittsamblich zum öfftern / nach nothturfft erjnneren / und nicht gedulden / daß dise krancke Persohn mit unzeitigen / unnöthigen / und weltlichen Gedancken / Sorgen / und Geschwätz auff waßerley Weeg von der Betrachtung Gottes / und Befürderung seines Hails abgezogen werde.

11. *Posthæc in modum Crucis aspergit infirmum aquâ benedictâ, dicens:* Asperges me hyssopo, *&c. & extentâ manu benedicit, dicens:* Benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠ *&c. ut suprà pag. 52.*

12. *Crucem autem, & aquam benedictam, nisi hæc antea ægrotus domi habeat, coram eo relinquit, ut illam frequenter aspicere, & pro sua devotione osculari, & amplecti, aquâ verò benedictâ sæpe aspergi possit.*

13. *Admoneat etiam domesticos, & ministros infirmi, ut, si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejúsque animam Deo commendet: sed si mors immineat, priusquam discedat, Sacerdos animam Deo ritè commendabit.*

14. *Denique assumpto vase cum sacro Oleo, cum birreto supra caput, ad Ecclesiam, eo modo, quo exivit, recedit, in quâ sacrum Oleum diligenter suo loco clausum reponit, clavem penes se retinens.*

15. *Minister verò, vel ipse Sacerdos, globulos bombacii*

ad extergenda inuncta loca adhibitos, & in mundo vase repositos, ad Ecclesiam defert, ibidem in sacrario reponit, aut statim comburit, cineresque in idem Sacrarium immittit.

16. *Aqua verò lotionis per domesticos influentem aquam, aut cœmeterium, vel aliàs mundum ac honestum locum effundatur.*

Articulus III.

Preces dicendæ apud Infirmum tempore Extremæ Unctionis.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES

Pro Infirmis, dum sacro liniuntur Oleo, seu pro aliâ necessitate, dicuntur flexis genibus.

Antiph. Ne reminiscaris.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me : neque in irâ tuâ corripias me.

Fürs erste / damit durch die Eheliche Beywohnung die Kinder rechtmässig erworben / mit beyder Ehe-Persohnen gesambten Beystand Christ lich erzogen / das Menschliche Geschlecht auff Erden erhalten / und hinnach die bestimbte Zahl der Außerwöhlten in dem Himmel ersetzt werde.

Fürs ander / damit under den Christen / als einem durch den Tauff geheiligtem Volck / die unzulässige Fleisch-Gelüsten / alsdann allerley hierauß entspringender unerbarlicher Wandel und Laster / warmit

das Reich Gottes nach Lehr deß H. Apostel Pauli (a) keines weegs kan ererbt werden / vermittlet / und zum theil der Schwachheit deß Fleisches geziment begegnet werde. (a) *Galat. 5.*

Fürs dritte / damit ein sichtbarliches / unauffhörliches Zeichen der wunderbarlichen gnadenreichen unsichtbarlichen Vermählung Christi mit seiner allhie streitbaren / in jener Welt aber triumphirenden einigen Kirchen / mittelst der heiligen Ehe / auff diser Welt stets vor Augen seye / zu einem Vorbild / daß gleichwie Christus sein jhme von Gott dem Vatter verehelichte Kirchen beständig liebt / schützet / und niemahlen verlaßt / ingleichem die Christliche Ehe-Persohnen unauffhörlich sich gegen einander lieben / als getrewe Mithelffer eines das ander gebührend schützen / und in allerhand dises Lebens Müheseligkeiten und Trübsalen aneinander niemahlen verlassen sollen.

Schließlich / wofern der Ehestand jetzt erzehlter massen angetretten und gehalten wird / alsdann gibt GOtt seinen Seegen von oben herab / mehret die zeitliche Güter und Nahrung / verleyhet Gottsförchtige und gehorsambe Kinder und Kinds-Kinder / und endlich mit jhnen die ewige Seeligkeit / Amen.

5. *Deinde conversus ad circumstantes, dicit:*

Damit aber gegenwärtige Bräut-Persohnen würdiglich das Sacrament der Ehe antretten / und hierdurch deren von GOtt bey Einsetzung diß Sacraments versprochnen Hülff und trostreichen Gnaden jetzt und Zeit jhres Lebens theilhafftig werden / wollen wir gesambt neben jhnen mit gebognen Knyen GOtt in stille anruffen mit einem andächtigen Vatterunser / und Englischen Gruß.

6. *Mox surgunt omnes: & Parochus conversus aliquantu-*

quantulùm ad sponsum, interrogat illum de consensu per verba de præsenti: h c modo:

Wann nun gegenwärtige Bräut-Persohnen zu solchem Gott gefälligen Vorhaben jhnen getrawen: so frag ich euch (*præmittatur titulus conveniens*)

2c. Hochzeiter / 2c. Nembt jhr auß gründlich / freyen / wolbedachten Willen ewer gegenwärtige Hochzeiterin hiemit zur Ehe nach Gesatz und Ordnung der heiligen Kirchen Gottes? So sprecht. Ja.

Wolt jhr derselben getrewlich vorstehen / als das Haupt / wie Adam unser ersten Mutter Evæ / und sie lieben / wie euch selbst? So sprecht: Ja.

Wölt jhr sie auch in aller Noth dises armseeligen Lebens nicht verlassen / sonder bey jhr verbleiben / biß euch beyde der Todt scheydet / so sprecht: Ja.

7. *Deinde conversus eodem modo ad sponsam, interrogat illam de consensu per verba de præsenti: hoc modo (præmittatur titulus conveniens.)*

2c. Hochzeiterin / 2c. Nembt jhr gleicher massen auß gründlichen / freyen / wolbedachten Willen / ewren gegenwärtigen Hochzeiter hiemit zur Ehe / nach Gesatz und Ordnung der heiligen Kirchen Gottes? so sprecht: Ja.

Wöllt jhr demselben in allen billichen Sachen gehorsamb seyn / wie Eva unser erste Mutter dem Adam / und jhn ehren / wie Sara den Abraham? so sprecht: Ja.

Wöllt jhr jhn auch in aller Noth dises armseeligen Lebens nicht verlassen / sonder bey jhm verbleiben / biß euch beyde der Todt scheydet / so sprecht: Ja.

8. *Non sufficit consensus unius, sed debet esse amborum, & quidem de præsenti, expressus aliquo signo sensibili, sive*

fiat per se, sive per procuratorem, qui tamen passim sine urgente causâ & Nostrâ licentiâ extra Principum & Illustrium Nuptias admitti non debet.

9. *Mutuo igitur contrahentium consensu intellecto, sacerdos jubeat eos invicem jungere dextras, dicens:*

Zu mehrer Bestättigung der hiemit geschlossnen heiligen Ehe / gebt einander die Mähl-Ring und die Händ.

10. *Tum sponsus vel sponsa pro more loci, acceptum annulum infigit in digito annulari (seu quarto) sinistræ manûs sponsi vel sponsæ.*

11. *Interim sacerdos, manu super eos formans crucem, dicit:* In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen.

12. *Dein dicit:*

Durch die Zusambietung der Händ bestättiget jhr hiemit gleich als mit einem leiblichen Ayd / daß jhr Zeit ewres Lebens wöllet gegen einander trew verbleiben / beständig einander helffen / und in der Trübsal kein das ander verlassen.

13. Postea rursus dicit:

Gleicher Weiß durch den Ring / als einem geistlichen Vnderpfandt bestättiget jhr hiemit / daß gleichwie diser Ring rund / unzerthailt / ohne Anfang und Ende ist / also auch ewer Eheliche Trew niemahlen durch frembde Lieb / oder gegen einander fassenden Haß solle zerthailt / sonder in Namen und Ehr Gottes / welcher kein Anfang noch Ende hat / angefangen / und biß an das End fest und ungeändert zwischen euch jederzeit gehalten werden.

14. *Tum amborum manus stolâ suâ in modum crucis circumvolvit, suámque dexteram super imponens, dicit:*

Matri

Matrimonium in facie Ecclesiæ inter vos contractum, DEUS confirmet: & auctoritate Ecclesiæ DEI, ego illud approbo, perficio, atque solennizo: In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen.

Vel Germanicè.

Die Ehe/ welche jhr hiemit vor der Christlichen gemain beschlossen/ wolle GOtt bestättigen: dieselbe aber / an statt der Kirchen Gottes / gut haisse / und beschliesse ich: In Namen GOtt deß Vatters ✠/ und deß Sohns / und deß heiligen Geists/Amen.

15. *His dictis stolam removet dicens*: Gratia & benedictio DEI sit vobiscum. ℟. Amen.

Vel Germanicè.

GOtt geb euch sein Gnad und Seegen.
℟. Amen.

16. *Tum (si uterque vel saltem sponsa sit vidua) dicit sequentes preces super conjuges genuflexos.*

℣. Confirma hoc DEUS, quod operatus es in nobis.

℟. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

Kyrie eleison.

℟. Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. DEUS meus sperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Esto eis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. E cum Spiritu tuo,

Oremus.

RESpice, quæsumus Domine, super hos famulos tuos, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinâsti, benignus assiste, ut qui, te auctore, junguntur, te auxiliante, serventur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

17. *Postmodùm aspergat novos conjuges aquâ benedictâ, ambos separatim, primò sponsum, deinde sponsam, utrumque ter in modum unius crucis, nihil dicens.*

18. *His expletis Parochus Missam pro sponso & sponsâ, ut in Missali Romano (exceptâ ibidem positâ conjugum benedictione) celebrabit.*

Articulus III.

Benedictio Sponsi & Sponsæ.

1. *QUando ambo sponsi, vel saltem sponsa est innupta, semper sequens benedictio adhibetur statim post peractam copulationem.*

2. *Animadvertat autem Parochus, viduæ nuptias non esse benedicendas: ex consuetudine autem hujus nostræ Diœcesis, ut dictum, etiam vidui nuptiæ benedicuntur, si innuptam ducat.*

3. *Peractâ proinde copulatione, sponsi genua flectunt, usque dum Parochus absolvit sequentem benedictionem, quam stans versùs sponsos ad gradum altaris, dicit:*

℣. Adju-

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde ſubjungat Pſalmum 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in vijs ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domûs tuæ.

Filij tui ſicut novellæ olivarum: in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſraël.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Kyrie eleiſon.
℟. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvos fac fideles tuos.
℟. DEUS meus ſperantes in te.
℣. Exaudiat vos Dominus in die tribulationis.
℟. Protegat vos nomen DEI Jacob.
℣. Mitte eis Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

PRopitiare Domine ſupplicationibus noſtris, & inſtitutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinâſti, benignus aſſiſte, ut qui, te auctore, junguntur, te auxiliante ſerventur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DEUS qui poteſtate virtutis tuæ, de nihilo cuncta feciſti: qui diſpoſitis univerſitatis exordijs, homini ad imaginem DEI facto, ideò inſeparabile mulieris adjutorium condidiſti, ut fœmineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex uno placuiſſet inſtitui, nunquam licere disjungi.

DEUS qui tam excellenti myſterio conjugalem copulam conſecrâſti, ut Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum præſignares in fœdere nuptiarum.

DEUS per quem mulier jungitur viro, & ſocietas principaliter ordinata, eâ benedictione donatur, quæ ſola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluvij eſt ablata ſententiam.

Reſpice propitius ſuper hanc famulam tuam, quæ maritali jungenda conſortio, tuâ ſe expetit protectione muniri: ſit in eâ jugum dilictionis, & pacis: fidelis & caſta nubat in Chriſto, imitatrixque ſanctarum permaneat fæminarum: ſit amabilis viro, ut Rahel: Sapiens, ut Rebecca: Longæva & fidelis, ut Sara.

Nihil in eâ ex actibus ſuis ille auctor prævaricationis uſurpet: nexa fidei, mandatiſque permaneat, uni thoro

ro juncta: muniat infirmitatem suam robore disciplinæ: sit verecundiâ gravis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita: sit fœcunda in sobole, sit probata & innocens: & ad beatorum requiem, atque ad cælestia regna perveniat: & videant ambo filios filiorum suorum, usque in tertiam & quartam generationem, & ad optatam perveniant senectutem. Per eundem Christum Dominum nostum. ℟. Amen.

Oremus.

DEUS Abraham, DEUS Israac, & DEUS Jacob sit vobiscum: & ipse adimpleat benedi ✠ ctionem suam in vobis, ut videatis filios filiorum vestrorum, usque ad tertiam & quartam generationem: postea vitam æternam habeatis sine fine: adjuvante Domino nostro JESU Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit, & regnat DEUS, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

4. *Deinde aspergat illos aquâ benedictâ, ter in modum crucis ut suprà, & dicitur Missa pro sponsis.*

Articulus IV.

Benedictio Mulieris post partum.

SI qua puerpera post partum, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad Ecclesiam venire voluerit, pro incolumitate suâ DEO gratias actura, petieritque à Sacerdote benedictionem, ipse superpelliceo & stolâ albâ indutus cum Ministro aspergillum deferente, & Sacerdoti respondente, ad fores Ecclesiæ accedat.

2. *Deinde illam foris ad limina genuflectentem, vel (ubi commodè fieri nequit,) stantem, & candelam accensam in manu tenentem, stans ipse intra fores Ecclesiæ aperto*

to capite, ter, in modum unius crucis, aquâ benedictâ aspergat, nihil dicens:

3. *Tum dicit: respondente ministro:*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

Antiph. Hæc accipiet benedictionem à Domino.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini; aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à DEO salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem DEI Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est ille Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, &c.

Antiph. Hæc accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à DEO salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

4. *Deinde*

4. *Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ, eam à sinistra sua introducit aliquantulum in Ecclesiam dicens:* Ingredere in templum DEI; adora Filium beatæ Mariæ Virginis, qui tibi fæcunditatem tribuit prolis.

5. *Caveat sacerdos, ut si quid mulier pro benedictione offerre vult, illud non, dum stolam ei porrigit, sed finita primùm benedictione, accipiat.*

6. *Puerpera ingressa, genuflectit coram altari Ecclesiæ in aliqua illius capella, & orat gratias agens pro beneficiis sibi collatis.*

7. *Sacerdos autem, stans ante altare, conversus ad illam dicit:*

Kyrie eleison.

℟. Christe eleison.

Kyrie eleison. *secretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvam fac ancillam tuam Domine.

℟. DEUS meus sperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere eam.

℣. Nihil proficiat inimicus in eâ.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui per beatæ Mariæ Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium

gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione lætam accedentem: & præsta, ut post hanc vitam ejusdem beatæ Mariæ meritis & intercessione, ad æternæ beatitudinis gaudia cum prole suâ pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

8. *Deinde illam aspergit iterum aquâ benedictâ, ter in modum unius crucis, ut suprà.*

9. *Postea extenta manu faciens crucem super illam dicit:*

Pax & benedictio DEI omnipotentis, Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen.

CAPUT XI.

DE VARIIS BENEDICTIONIBUS.

Articulus I.

Benedictio mulieris prægnantis, ubi aut matris, aut infantis vita periclitatur.

Parochus hac benedictione non utatur, nisi rogatus: & tum cautè observet, nequid, præsente se, contra verecundiam quavis necessitate, committatur.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Salvam fac ancillam tuam. ℟. DEUS meus sperantem in te. ℣. Esto illi Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eâ. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eam. ℣. Domine exaudi

audi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentiâ majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, hæc famula tua ab omnibus semper muniatur adversis. Per Dominum nostrum, &c.

Oremus.

DOmine DEUS, omnium creator, fortis & terribilis, justus & misericors: qui solus bonus & pius es: qui de omni malo liberas Israël: qui electos Patres munere Spiritûs tui sanctificâsti: qui gloriosæ Virginis matris Mariæ corpus & animam, ut dignum Filij tui habitaculum esse mereretur, Spiritu sancto cooperante præparâsti: qui Joannem Baptistam Spiritu sancto repleri, & in utero matris exultare fecisti: accipe sacrificium cordis contriti, ac fervens desiderium famulæ tuæ N. humiliter supplicantis pro conservatione prolis debilis, quam ei dedisti concipere: & custodi partem tuam, & defende ab omni dolo & injuriâ dicti hostis: ut obstetricante manu misericordiæ tuæ, fœtus ejus ad hanc lucem veniat incolumis, ac sanctæ regenerationi servetur, tibique in omnibus jugiter deserviat, & vitam consequi mereatur æternam. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea aspergat aquâ benedictâ in modum crucis dicendo Psalmum 66. DEUS misereatur nostri, &c. Gloria Patri, &c.

℣. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu. ℟. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula. ℣. Angelis suis mandet de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

VIsita, quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab eâ, & à præsenti famulâ tuâ longè repelle: Angeli tui sancti habitent in eâ, qui eam, & fœtum ejus ab omni adversitate & mortis periculo, tuâ benedictione, custodiant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

BEnedictio DEI omnipotentis, Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti descendat super vos, & maneat semper, Amen.

Articulus II.

Benedictio terræ seminatæ.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

BEnedicat nos DEUS, DEUS noster, & terræ nostræ ubertatem concedat: in centuplum amplificet fructus ejus, ut viventes, in exultatione manipulos nostros colligamus. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Deinde aspergat aquâ benedictâ in modum crucis.

Articulus

Articulus III.

Benedictio communis super fruges, & vineas.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

ORamus pietatem tuam, Omnipotens DEUS, ut has primitias creaturæ tuæ, quas aëris & pluviæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas: & fructus terræ tuæ usque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut à fertilitate terræ esurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat illas aquâ benedictâ in modum crucis.

1. *ALiæ benedictiones majores super fructus cum decantatione quatuor Evangeliorum in ruralibus maximè Ecclesiis per æstatem certo tempore ante Missam diebus Dominicis & festis fieri solitæ, videantur infrà.*

2. *Minor quoque Benedictio post Missam tempore æstatis in ruralibus Ecclesiis utiliter quotidie adhibenda, videatur infrà.*

Articulus IV.

Benedictio Herbarum in festo Assumptionis B. Mariæ Virginis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.

℣. Do-

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DOmine sancte, Pater Omnipotens, qui ab initio fecisti hominem ad imaginem tuam, & condidisti cælum & terram, solem & lunam, stellas, & omnia cælestia & terrestria: qui dominaris potestati maris: qui habes potestatem abyssi magnæ: qui condidisti omnia elementa: tu bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris has creaturas herbarum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, & duos pisces, & satiâsti quinque millia hominum: omnésque, qui utentur ex eis, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare dignare, ut in eis sit sanitas animæ & corporis: in nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti; & ab omnibus hominibus pecoribúsque, qui ex his gustaverint, omnem putredinem & omne phantasma diaboli, & omnem morbum ac dolorem, expellere digneris: qui in Trinitate perfectâ vivis & regnas DEUS, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

SUppliciter, sancte Pater, & obnixis precibus tuam deprecamur clementiam, qui mirabiliter ex nihilo cuncta creasti, quíque terram diversa proferre germina præcepisti, & varia medicamentorum genera, ad sananda generis humani corpora, herbis indidisti: bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare has diversi generis herbas tuâ pietate digneris: ut quicunque ex eis in hâc solennitate beatissimæ semper Virginis Mariæ, DEI genetricis, sumpturi sunt, tam animæ quàm corporis desiderabilem percipiant sanitatem, & eâdem intercedente, sic earum

usu

usu jucundentur salubriter, quatenus, in tuorum odore unguentorum, Paradisi januas adire mereantur: præstante Domino nostro JESU Christo, qui tecum vivit, & regnat DEUS, per omnia, &c. Amen.

Oremus.

DEUS, qui universis herbarum generibus humanis necessitatibus præstitisti remedia; hanc herbarum collectionem tuæ miserationis bene ✠ dic dexterâ: ut quisquis, languore depressus, ex eis aliquid gustaverit, Ecclesiæ suæ sanctæ repræsentatus, optatæ munus salutis, te donante percipiat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Responsorium.

VIdi speciosam, sicut columbam, descendentem desuper rivos aquarum: cujus inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus. Et sicut dies verni, circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. ℣. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris? Et, sicut dies verni, &c. ℣. Ora pro nobis sancta DEI Genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

VEneranda nobis, Domine, hujus diei festivitas opem conferat sempiternam, quâ sancta DEI Genitrix mortem subijt temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: quæ Filium tuum, Dominum nostrum, de se genuit incarnatum: qui tecum vivit & regnat in unitate, &c. ℟. Amen.

Deinde aspergantur aquâ benedictâ in modum crucis: & si benedictio solenniter fit, thurificentur triplici ductu.

Articulus V.

Benedictio agni & aliorum, die sancto Paschæ.

I. Agni Paschalis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi jussisti, in similitudinem Domini nostri JESU Christi, & utrosque postes domorum de sanguine ejusdem agni perungi præcepisti; tu benedicere ✠, & sanctificare ✠ digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem ejusdem Domini nostri JESU Christi. Qui tecum vivit & regnat, &c. ℟. Amen.

II Avium & aliarum carnium.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS universæ Conditor creaturæ: qui inter cæteras diversarum creaturarum species humano ge-

neri

aeri etiam volatilium genus, & reptilia munda ad usum ex aquâ producere dignatus es: ex quibus Noë de Arcâ egrediens, holocaustum tibi offerens placuit: & qui populum tuum ex Ægypto eductum, per Moysen servum tuum munda ab immundis segregans, edere præcepisti: te supplices exoramus: ut has mundarum avium carnes, quas fidelibus tuis ad usum victualem concessisti: bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris; ut quicunque ex eis comederint, benedictionis tuæ abundantiâ repleantur, atque ad æternæ vitæ pascua pervenire mereantur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

III. Lardi.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, & misericors DEUS, qui necessitatem humani generis prævidens, clementer adminicula temporalia contulisti: te humiliter imploramus, ut bene ✠ dicere digneris hoc lardum famulorum tuorum, ut quæ hîc tua misericordia piè contulit, nostro merito non depereant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

IV. Casei ex ovis, & butyri.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine hanc creaturam caſei, quam ex adipe animalium producere dignatus es, ad uſum hominum: ut quicunque fidelium tuorum inde comederint, omni benedictione cæleſti, & gratiæ tuæ ſaturitate repleantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

V. Ovorum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

SUbveniat, quæſumus Domine, tuæ benedictionis ✠ gratia huic ovorum creaturæ, ut cibus ſalubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione ſumentibus, ob reſurrectionem Domini noſtri JESU Chriſti, qui tecum vivit & regnat in ſæcula ſæculorũ. ℟. Amen.

VI. Novi Panis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DOmine JESU Chriſte, panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, benedicere ✠ dignare panem iſtum

istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eo gustantes, inde corporis & animæ percipiant sanitatem. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Articulus VI.

Benedictio Vini in festo S. Ioannis Evangelistæ.

1. *Sacerdos post Missam benedicturus, sit casulâ, &c. Extra Missam verò superpelliceo & stolâ albâ indutus, atque vino & vasis ante se positis & apertis, in cornu Epistolæ stans, dicit:*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℟. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS & Pater Domini nostri JESU Christi, cujus imperio cæli firmati sunt, cui omnis creatura deservit, & omnis potestas subjecta est, & metuit, & expavescit: nos te in auxilium nostrum invocamus, cujus audito nomine serpens conquiescit: draco fugit: vipera silet: & subdola illa, quæ dicitur rana, inquieta torpescit: scorpio extinquitur: regulus vincitur: squalangus nihil noxium operatur: & omnia venenata, & adhuc fortiora animalia noxia terrentur. Tu Domine extingue omnes diabolicas fraudes, & omnes humano generi adversantes nequitias, & hunc liquorem vini per intercessionem sancti Joannis Evangelistæ tuâ virtute bene ✠ dicito, & omnes ex eo gustantes, meritis & precibus sanctissimæ DEI Genitricis Mariæ, & omnium

Sanctorum tuorum intervenientibus, ab omni malo custodias, & ad regnum gloriæ tuæ perducas. Per Dominum nostrum JESUM Christum, &c.

Oremus.

DEUS, qui mirabili potentiâ vinum producis ex vite, ut inde exhilaretur cor hominis, qui mirabili potentiâ in Canâ Galileæ, ad potandum nuptiali populo, aquam convertisti in vinum: quíque mirabilissimâ potentiâ per manus Sacerdotum, elementum vini quotidie in sacratissimum tuum transformas Sanguinem. DEUS, cujus potestate Jonnes Evangelista venenosi potûs digessit toxicum, bene ✠ dicere dignare hanc creaturam vini, ut omnes ex eo gustantes, expulso toto genere nocivo, infuso tuæ bene ✠ dictionis mysterio, in animâ & corpore mereantur misericorditer exhilarari. Per Dominum nostrum, &c.

Oremus.

BEati Joannis Evangelistæ, quæsumus, Domine supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia æterna concede. Per Dominum nostrum, &c. Et benedictio DEI Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti, descendat super hunc liquorem Vini, & maneat semper.
℞. Amen.

2. *Deinde aspergit aquâ benedictâ in modum crucis ut aliàs, nihil dicens.*

3. *Et si cum majori ritu fiat benedictio, ter per modum itidem crucis incensat, nihil dicens.*

4. *Post hæc, ubi mos est, singulis modestè accedentibus in cornu Epistolæ vel opportuniore loco à ministro altaris in mundo profano vase, aliquid ex eo bibendum porrigitur.*

Articu-

Articulus VII.

Benedictio & thurificatio domorum in Vigiliâ Nativitatis: in profesto Circumcisionis: & in Vigiliâ Epiphaniæ Domini nostri JESV Christi.

1. *POst Vesperas Parochus, vel de ejus licentiâ alius Sacerdos, præcedentibus duobus Ministris superpelliceo indutis, portantibus vas aquæ benedictæ cum aspergillo, & naviculam cum thuribulo, indutus superpelliceo & stolâ albi coloris ex Ecclesiâ modestè procedit ad domum, & ingrediens illam dicit: Pax huic domui, & omnibus habitantibus in eâ.*

2. *Tum aspergit astantes domesticos aquâ benedictâ in modum crucis, dicens:* Asperges me Domine hyssopo & mundabor, *&c. ut suprà.*

3. *Deinde in principaliori vel alio commodo domûs loco ponit incensum in thuribulum, & illud benedicens, dicit:* ab illo benedicaris, in cujus honorem cremaberis, Amen. *Et mox incipit dicens Antiphonam diei convenientem, ut infrà.*

4. *Postea lentè, graviter, & modestè, potiora, & magis præcipua domûs loca & cubicula, circumiens, more consueto, aquâ benedictâ aspergit, & deinde thurificat, dicens distinctè Psalmum* Miserere, & Magnificat, *& pro loci amplitudine repetit: cùm autem absolvit incensando, redit ad eundem priorem principaliorem locum: & prosequitur Antiphonam cum.* ℣. Dominus vobiscum, &c. *& oratione conveniente, ut infrà.*

5. *Quòd si duo adsint Sacerdotes, unus asperget, & alter incensabit, sequentia alternis versibus recitando.*

6. *Caveat Parochus, ut inter hunc religiosum actum, nihil profanum, aut impertinens, vel ipse vel ministri admittant:*

mittant: ſed finitâ incenſatione ſtatim ad Eccleſiam revertantur: neque ultrò ad thurificandum quiſquam ſe ingerat, niſi vocatus, & cum licentiâ Parochi.

§. I. *In Vigiliâ Nativitatis Domini.*

Antiph. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus: & manè videbitis gloriam ejus. *Pſalm. 50.* Miſerere mei DEUS, &c. *ut ſuprà pag.* 70. *Et canticum* Magnificat, *ut ſuprà pag. In fine utriuſque* Gloria Patri, &c. *Quibus Pſalmis finitis, repetitur Antiphona*: Hodie ſcietis, &c. *Deinde ſubjungitur.* ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui hanc ſacratiſſimam noctem, veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da quæſumus, ut, cujus lucis myſteria in terris cognovimus, ejus quoque gaudijs in cælo perfruamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum.
℟. Amen.

§. II. *In Profeſto Circumciſionis Domini.*

Antiph. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns, exclamavit, dicens: Ecce Agnus DEI, ecce qui tollit peccata mundi, alleluja. *Pſalm.* Miſerere mei DEUS, &c. *cum cantic.* Magnificat, &c. *ut ſuprà. Quibus finitis repetitur Antiph.* Ecce Maria, &c. *Et ſubjungitur.* ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Oremus,

DEUS, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ Virginitate fæcundâ, humano generi prœmia præſtitiſti, tribue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus Autorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum.

℟. Amen.

§. III. *In Vigiliâ Epiphaniæ Domini.*

Antiph. Apertis theſauris ſuis, obtulerunt Magi Domino aurum, thus, & myrrham, alleluja. *Pſalm.* Miſerere, &c. Magnificat, &c. *ut ſuprà. Repetitur deinde Antiphona*: apertis theſauris, &c. *& dicitur.*

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui hodiernâ die Unigenitum tuum Gentibus, ſtellâ duce, revelâſti: concede propitius, ut qui jam te ex fide cognovimus, uſque ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum.

℟. Amen.

Articulus VIII.

Benedictio generalis cujuscunque loci.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

BEnedic ✠ Domine Deus omnipotens locum istum (*vel* domum istam) ut sit in eo (*vel* in eâ) sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio DEO Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & hæc benedictio ✠ maneat super hunc locum, & super habitantes in eo nunc & semper. ℟. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ in modum crucis.

Articulus IX.

Benedictio contra inundationes, & incendia.

1. *COntra periculosas aquarum inundationes, & incendia, quæ flammis jam ingravescentibus, nullo humano auxilio sopiri posse putantur: Parochus indutus supperpelliceo & stolâ albâ, procedet ad locum cum tribus ministris duo juxta crucem candelabra gestantibus, subsequente universo populo, & DEUM deprecante:*

℣. Adjuva nos DEUS salutaris noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos.

℣. Sal-

℣. Salvos fac servos tuos.
℟. DEUS meus sperantes in te.
℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis.
℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui justificas impium, & non vis mortem peccatoris: majestatem tuam suppliciter deprecamur, ut famulos tuos de tuâ misericordiâ confidentes, ab his aquarum (ignium) periculis, cælesti protegas benignus auxilio, & assiduâ protectione conserves: ut tibi jugiter famulentur, & nullis tentationibus à te separentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

2. *Extendens manum super aquas (flammas) & faciens signum unius tantùm crucis, dicit cantando:*

BEnedictio DEI Omnipotentis Patris ✠, & Filij, & Spiritûs sancti descendat super has aquas (flammas) eásque coerceat clementer. ℟. Amen.

3. *Deinde eodem ordine, quo exivit, redit ad Ecclesiam.*

Arti-

Articulus X.

Benedictio salis & aquæ contra vermes & aves semina agrorum vastantes.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DOmine sancte Pater Omnipotens, æterne DEUS, mitte Spiritum tuum sanctum cum Angelis & Archangelis, cum Thronis, Dominationibus, & cum eis omnes Sanctos & electos tuos: ut defendant segetes nostras à vermibus malis & avibus, & magnificetur nomen tuum in omni loco. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine hanc creaturam aquæ, ut fugiant vermes & volucres à nostris segetibus, propter nomen Domini nostri JESU Christi: quod invocatum est in ipsâ creaturâ messis, ut fiat alimentum omnibus, qui vivunt ex eâ. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen

Asperguntur agri aquâ benedictâ.

Articulus XI.

Benedictio Tempestatis, quæ singulis diebus post Sacrificium Missæ fieri solet à Festo Inventionis S. Crucis usque ad Festum Exaltationis S. Crucis.

℣. A fulgure & tempestate,
℟. Libera nos Domine JESU Christe.

℣. Fiat

℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.

℟. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

A Domo tuâ quæsumus Domine spirituales nequitiæ repellantur, & aërearum discedat malignitas tempestatum. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Oremus.

QUæsumus Omnipotens DEUS, ut intercessione S. DEI Genitricis Mariæ, & sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & Viduarum, atque omnium Sanctorum tuorum continuum nobis præstes subsidium, tranquillam auram permittas; atque contra fulgura & tempestates desuper nobis indignis tuam salutem effundas, de cælis, & generi humano semper æmulas, dexterâ potentiæ tuæ, aëreas conteras potestates.

DEUS, qui omnium rerum tibi servientium naturam, per ipsos motus aëris ad cultum tuæ majestatis instituis, tranquillitatem nobis tuæ misericordiæ; remotis aëris terroribus permanere perrmittas, ut cujus iram expavemus, clementiam sentiamus. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Articulus XII.

Benedictio ad repellendam Tempestatem.

PUlsantur Campanæ, & dicuntur Litaniæ de omnibus Sanctis, in quibus bis, vel ter, dicitur:

A fulgure & tempestate.

Post Litanias, & Orationem Dominicam.

Psalmus 147.

LAuda Jerusalem Dominum: lauda DEUM tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satjat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit Spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: justitias, & judicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi: & judicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri. Sicut erat &c.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Adjuva nos DEUS salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Fiat

℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Salvum fac populum tuum Domine.
℟. Et benedic hæreditati tuæ.
℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentiâ.
℟. Domine DEUS virtutum, beatus homo, qui sperat in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placâris, preces populi tui supplicantis propitius respice & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Oratio.

A Domo tua, quæsumus Domine, spirituales nequitiæ repellantur, & aërearum discedat malignitas tempestatum. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Oratio.

OMnipotens sempiterne DEUS, parce metuentibus, propitiare supplicibus, ut post noxios ignes nubium, & vim procellarum in misericordiam transeat laudis comminatio tempestatum.

Oratio.

Oratio.

DOmine JESU, qui imperasti ventis, & mari, & facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiæ tuæ, & præsta, ut hoc signo sanctæ Cru✠cis omnis discedat sævitia tempestatum.

Oratio.

OMnipotens, & misericors Deus, qui nos, & castigando sanas, & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis: ut & tranquillitatibus optatæ consolationis lætemur, & dono tuæ pietatis semper utamur. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

INDEX CAPITUM,

Et Ordo rerum, quæ in hoc libri Ritualis Compendio continentur.

CAP. I. De Professione fidei. fol. 1
CAP. II. De Sacramento Baptismi. 12
CAP. III. De Sacramento Confirmationis. 30
CAP. IV. De Sacramento Pœnitentiæ. 31
CAP. V. De Sacramento Eucharistiæ. 43
CAP. VI. De Sacramento Extremæ Unctionis. 57
CAP. VII. De Visitatione Infirmorum. 91
CAP. VIII. De Moribundis juvandis. 171
CAP. IX. De Sepultura Mortuorum Adultorum. 185
CAP. X. De Sepultura Parvulorum Baptizatorum. 191
CAP. XI. De Sacramento Matrimonij. 199
CAP. XII. De varijs Benedictionibus. 212

F I N I S.

Litaney

Zu unser lieben frawen umb ain seliges sterbstündlein.

Herr erbarm dich unser
Christe erbarme dich unser
Herr erbarme dich unser
Christe erhör uns
Christe erhör uns
Gott vatter vom himmel erbarme dich unser
Gott Sohn erlöser der welt erbarme dich unser
Gott h: Geist erbarme dich unser.
heilige dreifaltigkeit, einiger Gott erbarme dich unser.

H: Maria
H: Gottes gebärerin
H: Jungfraw der Jungfrawen.
Muetter Christi.
Muetter der Göttlichen Gnaden
Du allerreinste Muetter
Du allerkheüscheste Muetter
Du unbefleckhte Muetter.

Bitt für uns (ora pro nobis)

Du unbefleckhte Muotter
Du liebliche Muotter
Du wunderbarliche Muotter
Du Muotter deyner schöpfers
Du Muotter deynes Erlösers
Du allerweisiste Jungfraw
Du Ehrwirdige Jungfraw
Du lobwirdige Jungfraw
Du gewaltige Jungfraw
Du güettige Jungfraw.
Du getrewe Jungfraw
Du Spiegel der gerechtigkeit!
Du Sitz der weisheit!
Du ursach unserer freüd,
Du geistliches gefäss
Du Ehrwirdiges gefäss.
Du fürtreffliches gefäss der andacht!
Du geistliche rosen-
Du thurn Davids
Du helffenbainen thurn,
Du guldenes haus
Du arch des bundts
Du himmels porten
Du Morgen Stern
Du heil der kranckhen.

bitt für uns oder für sie.

Du Zuflucht der Sünder
Du Tröster in der betrübten
Du Hilf der Christen.
Du Königin der Engl
Du Königin der Patriarchen
Du Königin der Propheten
Du Königin der Apostel
Du Königin der Martyrer
Du Königin der Beichtiger
Du Königin der Jungfrauen
Du Königin aller heiligen

O du Lamb Gottes, der du hinnimbst die Sünd
welt verschon uns, und seiner (Chri) o herr
O du Lamb Gottes, der du hinnimbst die Sünd
der welt verschon uns, und ihr (Chri) o herr
O du Lamb Gottes, der du hinnimbst die Sünd
der welt, erbarme dich unser, und seiner, (Chr),
O herr.

Christe erhöre uns
Christe erhöre uns
herr erbarme dich unser
Christe erbarme dich unser
herr erbarme dich unser.

under deinen schutz und schirm fliehen wir, o h:
gebärerin Gottes, verschmache nit unser gebett in
unseren nöthen, sonder erlöse uns allzeit von aller
gefehrlichkeit. O du glorwürdige und gebenedeite
Jungfrau, unser frau, unser Mittlerin, unser
fürsprecherin, versühn uns deinem sohn, fürstell
uns deinem sohn, befilche uns deinem sohn.

Bitt für uns, o h: Gottes gebärerin
daß wir würdig werden der verheisung Christi.

Gebett

O heilige Jungfrau Maria, komme zu hilf den
Mühseligen, den kleinmüetigen, erquicke die
weinenden, bitte für die gemein, sei ein mitlerin
ken die Priesterschafft, bitte für das andächtige
weibliche geschlecht, lass dein hilf empfinden
alle, die dein gedechtnus halten. Amen.

Salve Regina.

Gegrüesst seist du königin, Mutter der barm:
hertzigkeit, das leben, süessigkeit, und unser hoffnung
seie gegrüesst. Zu dir schreien wir elende kinder
Evä, zu dir seufzen und wir klagend und wain:
end: in disem thal der zäher. O Eia unser
fürsprecherin, darumb khere deine barmhertzig-
en augen zu uns, und nach disem Ellend zeige uns

Jesum, die gebenedeite frucht deines leibs.
O Gütige, O milde, O süsse Jungfrau Maria
Maria Mutter der Gnaden, Mutter der barm-
hertzigkeit, bewahr uns vor des feinds schaden
und nimb uns auf im sterben, &c.

Litaney
Zu den heiligen Englen.

Herr erbarme dich unser
Christe erbarme dich unser
Herr erbarme dich unser
Christe erhöre uns
Christe erhöre uns
Gott vatter vom himmel erbarme dich unser
Gott sohn, erlöser der welt, erbarme dich unser
Gott h: Geist erbarme dich unser
heilige dreyfaltigkeit, einiger Gott, erbarme
dich unser
h: Maria, Königin der Englen
h: Michael,
h: Gabriel

Bitt für uns

H: Raphael,
H: Seraphin,
H: Cherubin,
H: Throni,
H: Herrschungen,
H: Kräfften,
H: gewalten,
H: fürstenthum,
H: Erzengel,
H: Engel,
Die ihr über den hohen Stuel Gottes stehet,
Die ihr Gott immer und ohne underlaß
singet, heilig, heilig, heilig,
Die ihr nach verdambnen finsternussen
[illegible] erleuchtet,
Die ihr den Menschen Göttliche ding verkhündet
Die ihr die heil. dem Menschen von Gott
empfangen habet,
Die ihr das Angesicht des Vatters dem ihr
himel ist alzeit sehet

Bitt für uns

Die ihr euch über einem Sünder, der da
büess thuet erfreuet,
Die ihr den Lothen auß den sünden auß
gefüehret,
Die ihr an der Laithern Jacobb seit auf und
abgestigen,
Die ihr auf dem berg Sinai dem h: Moysi
das Göttliche gsaz überantwortet habt
Die ihr in der geburt Christi den Menschen
fried verkhündiget habt,
Die ihr Christo in der wüesten gedient
Die ihr den Lazarum in die Schoss
Abrahe getragen,
Die ihr bey dem grab Christi in weissen
khlaidern gesessen seidt,
Die ihr, als Christus gehen himel stiege
seinen Jüngern erschinen seidt,
Die ihr Christo in der zuekhunfft zum
gericht mit dem zaichen des h: Creizes
werdt vorgehen.

Die ihr am End der welt die außerwelten werdet zusamen samblen,

Die ihr die bösen von Mitten der gerechten werdet absöndern,

Die ihr das gebett der bettenden für Gott traget,

Die ihr den sterbenden beystehet,

Die ihr die gerechten seelen von allen Sünden gereiniget, gehn himel führet,

Die ihr aus Gottes krafft wunder und zeichen wirkhet,

Die ihr den Erben des heils zu dienen geschickht werdet,

Die ihr offtermahlen die diener Gottes, aus dem gefenkhnuß und ander leibsgefärlichkeiten erlöset habt,

Die ihr den Martirern in ihrer pein offt ein trost gewesen seid,

O ihr: Orden der seligen geister

von aller gefahr, durch deine hl: Engel erlöse uns (Die) O Herr.

Bitt für uns (Die)

vor heimblicher nachstellung des bösen feindts
erlöse ihn (sie) o herr
vor dem gähen und unversehnen dodt, erlöse
ihn (sie) o herr.

Wir arme sünder, bitten dich, erhöre uns
Durch deine h: Engel wir bitten dich erhöre
uns.
Das du seiner (ihrer) verschonest, wir bitten
dich erhöre uns.
Das du ihm (ihr) verzeihest, wir bitten dich erhöre
uns,
Das du allen gläubigen verstorbnen die ewige
ruhe schenkhest, wir bitten dich erhöre uns,
Das du allen gläubigen verstorbnen die ewige
ruhe schenkhest, wir bitten dich erhöre uns,
O du lamb gottes, das du hinnimbst die sünd
der welt, verschon uns o herr,
O du lamb gottes das du hinnimbst die sünd
der welt erhöre uns o herr.
O du lamb gottes das du hinnimbst die sünd der
welt erbarme dich unser o herr.

Christe höre vns
Christe Erhöre vns
Herr Erbarme dich vnser
Christe Erbarme dich vnser
Herr Erbarme dich vnser.

Vatter vnser

Gebett.

O ihr allerheiligiste vnd reiniste geister vnd Engel
Gottes nembt war seiner gewahr, vnd sehet ihn
(sie) an, sie ligt er (sie) weinendt vnd seüffzendt
dan die handt des herrn, hat ihn (sie) getroffen,
der todt ist vor den augen, khein mensch khan
mehr, dan ihr, zu hilff khomen, iezt ist der jenige
augenblickh, an welchem die seeligkheit oder ewig
verdammnus stehet. helfft ihm (ihr) derohalben
in der letzten Noth stehet ihm (ihr) bey, bis
an das Endt Amen.

Befehlung der Seelen
in den letzten Zügen.

Letaney

Herr erbarme dich unser.

Christe erbarme dich unser.

Herr erbarme dich unser.

H: Maria bitt für ihn (sie).

Alle H: Engel und Erzengel bittet für ihn (sie)

H: Abel bitt für ihn (sie)

Alle Chör der gerechten bittet für ihn (sie)

H: Abraham bitt für ihn (sie)

H: Joannes der Täuffer bitt für ihn (sie)

Alle H: Patriarchen und Propheten bittet für ihn (sie)

H: Peter bitt für ihn (sie)

H: Paule bitt für ihn (sie)

H: Andreas bitt für ihn (sie)

H: Joannes bitt für ihn (sie)

Alle H: Apostel und Evangelisten bittet für ihn (sie).

Alle hl: Jünger des herrn, bittet für ihn (sie)
Alle hl: unschuldige kindlein, bittet für ihn (sie).
hl: Stephane bitt für ihn (sie)
hl: Lorenz bitt für ihn (sie)
Alle hl: Martirer, bittet für ihn (sie)
hl: Sylvester bitt für ihn (sie)
hl: Gregori bitt für ihn (sie)
hl Augustine bitt für ihn (sie)
Alle hl: Bischöff und beichtiger bittet für ihn (sie)
hl: Benedicte bitt für ihn (sie)
hl: vatter Francisce bitt für ihn (sie)
hl: vatter Antoni bitt für ihn (sie)
Alle hl: Münch und Einsiedler bittet für ihn (sie)
hl: Maria Magdalena bitt für ihn (sie)
hl: Lucia bitt für ihn (sie)
Alle hl: Jungfrauen und Wittwen bittet für ihn (sie)
Sey ihm (ihr) Gnädig, und verschon seiner (ihrer)
O herr.
Sey ihm (ihr) Gnädig, und erhöre ihn (sie) O herr
Sey ihm (ihr) Gnädig, und erlöse ihn (sie) O herr
Von deinem Zorn erlöse ihn (sie) O herr
Von gefahr des todts erlöse ihn (sie) O herr

vor dem übelen dodt erlöse ihn (sie) o herr
vor der straff der hellen erlöse ihn (sie) o herr
vor allem übel erlöse ihn (sie) o herr
vor dem gewalt des Sathans erlöse ihn o herr
Durch dein geburd erlöse ihn (sie) o herr
Durch dein Creüz und leiden erlöse ihn o herr.
Durch dein dodt und begrebnüs erlöse ihn o herr
Durch dein glorwirdige auferstehung erlöse ihn o herr
Durch deine wunderbarliche himelfardt erlöse ihn o herr.
Durch die gnad des h: geistes des trösters erlöse ihn o herr
In dem jüngsten tag des gerichts wir bitten dich erhöre uns
wir Sünder, bitten dich erhöre uns.
das du seiner (ihrer) verschonest, wir bitten dich erhöre uns.

Herr erbarme dich unser.
Christe erbarme dich unser.
Herr erbarme dich unser

befelchung.

Fahre hin, du Christliche Seel von dieser welt im namen Gottes des almechtigen vatters, der dich erschaffen hat. Im Namen Jesu Christi des lebendigen gottes Sohn der für dich gelitten hat. In den Namen

des hl: Geistes, der dir in dem hl: Tauff eingegossen ist
in dem Namen der hl: Engel und Ertzengel, in dem
Namen der Thronen und herrschafften, in dem Namen
der fürstenthümer, und gewalten, in den Namen
der brinnenden Cherubin und Seraphin, in dem
Namen der heiligen Patriarchen und Propheten, in
den Namen der hl: Apostel, in den Namen der hl: Mar
tirer und beichtiger, in den Namen der hl: Münch
und Einsidl, in den Namen der hl: Jungfrauen und
aller heiligen Gottes. Heut sei dein orth in frieden
und dein wohnung sei in dem hl: Sion durch Jesum
Christum unsern herrn. Amen.

Barmhertziger Gott, milder Gott, o Gott, der du nach
der völle deiner Erbarmung die Sünd der büssenden
außtilgest, und die Straff der vergangenen Schuld
durch nachlassung der verzeihung hinweckh nimbst.
Sihe gnädiglich an disen deinen diener, und erhöre
ihn gnädiglich, der mit gantzer mi: und beicht des
hertzens verzeihung seiner Sünden begerth. Gütigister
Vatter, renoviere in ihm, alles was durch irrdische
blödigkeit und gebrechlichkeit zerstöret, und was durch
betrug des Teuffels verletzt und geschwächt ist, und
füge dein glied der Erlösung zu der Einigkeit des Leibs

der Kirchen. Erbarme dich Herr seiner demüthigen
Erbarme dich seiner Zäher, und den zerknirschten
Verdemüthigkheit, dan allein in dein barmherzigkheit
lass Er den geheimbnuss deiner Versöhnung gelang
durch Christum unsern Herrn. Amen.

Allerliebste Seel, ich befelche dich dem allmächtigen
Gott, und vertraue in dem, des geschöpf du bist, das
du Leben und die schuld des todts bezahlet hast.
widerumb ehrerbiet. zu deinem Schöpfer der dich aus dem
Leimb des Erdreichs gemacht hat. Und also wan die
Seel von deinem leib ausgehet, alsbald solle ihr
entgegen kommen die scheinbare schaar der Engeln
die edle ledigsten Versamblung der zierliche rath der
Apostlen, die begegne die sieghafte herrschaft der
scheinenden Martirer, dich umbgebe die blühende
Lilien, Schaar der glanzenden bekhiger
der frolockhende Chor der Jubilierenden Jungfrauen
und verbinde dich mit liebreichen umbfang der seeligen
ruhe in die schoss der Patriarchen, der Sanfft und
lieblich anblickhende Christi erscheine dir, der
dich under die jenige verordne, welche für und für
bey ihm stehen.

Gebett

O Gütiger Herr Jesu, du Sohn des lebendigen Gottes, verlaß diesen Menschen nicht in seinen äussersten Nöthen, da ihn schon alle Creaturen verlassen, du hast ihn mit deinem theuren blut erkaufft er ist dein Eigenthum, laß dein bitteres Marter an ihm nicht verlohren sein, handle mit ihm nach deiner grundlosen barmhertzigkeit, sprich du ihm heüt [illegible] mit mir sein in dem paradiß.

Wir befehlen dir sein Leib und Seel, sein ewiges heil, Verstand, sein Vernunfft und gedächtnuß, sein sinn und gedanckh, seine Kräfften und werckh, sein Neigung und begirden, sein glauben und leben, [illegible] alles nach deinem gnädigen willen: beystehen dein gnadenreiche hilf, und gütiges [illegible] zu erkennen [illegible], und [illegible] seiner [illegible] seelen. Dein h: blut reinige ihn von allen sünden, dein h: leiden bedeckhe ihn, dein gerechtigkeit bekhleide ihn, dein Todt [illegible] ihn zu dem ewigen leben, laß ihn erfahren die [illegible] deiner grossen [illegible],

O Gütiger Jesu, O meiner heilandt und erlöser, [illegible] diesen Menschen durch die heilsame Krafft deines h: Creutz deines unschuldigen leidens und bitteren todts, laß ihn in diesen hohen Nöthen, Gnad, barmhertzigkeit, und trost

widerstehen. Erlöse sein seel aus allen ängsten, fürsth
aus dein milde händ, die du umb seinet willen mit
Naglen an Creütz hast hefften lassen.

O Jesu, du Sohn des lebendigen Gottes, du brun der
barmherzigkheit, wir befelchen dir die seel des mensch
wie du dein hs seel deinem himlischen vatter bevolhen
hast: wir bitten dich auch umb die angst, Noth, und Marter
zittern, und zagen, damit dein gebenedeite seel
von ihrem scheiden beängstiget wurde, du erlösest ihr
genädig erlösen, und aus dem todtlichen zum ewigen
leben. Amen.

Herr empfahe die seel deines dieners (oder
dienerin) an die statt der verhofften seligkheit
aus deiner grundlosen barmherzigkheit Amen

Herr erlöse die seel deines dieners von aller
gefärlichkheit der hölle, und von den stricken der pein
und von allen trübseligkheiten. Amen.

Herr erlöse die seel deines dieners, wie du erlöset hast
Enoch und Heliam, von dem gemainen todt der
welt, Amen

Herr, erlöse die seel deines dieners, wie du erlöset
hast den Abraham aus dem land der Caldeer,
Amen.

Herr, erlöse die Seel deines Dieners, wie du erlöst hast den Job von seinen leiden. Amen

Herr, erlöse die Seel deines dieners, wie du erlöst hast den Isaac von Opffer, und von der handt seines Vatters. Amen.

Herr, erlöse die Seel deines dieners, wie du erlöst hast den Loth von den Sodomitern und von der flamm des feürs. Amen.

Herr, erlöse die Seel deines dieners, wie du erlöst hast den Moÿsen von der handt Pharaonis des Egyptischen Königs. Amen.

Herr, erlöse die Seel deines dieners wie du hast erlöst den Daniel von der löwengrueben. Amen

Herr, erlöse die Seel deines dieners, wie du erlöst hast die 3 knaben von dem feürigen offen und von der handt des Gottlosen Königs. Amen

Herr, erlöse die Seel deines Dieners, wie du hast erlöst Susannam von dem falschen laster. Amen.

Herr, erlöse die Seel deines Dieners wie du hast erlöst den David von der handt des Königs Sauls, und von der handt Goliath. Amen

Herr, erlöse die Seel deines dieners, wie du hast erlöst Petrum und Paulum von der gefenknuss. Amen.

und wie du hast erlöst die h: Jungfraw und Martrerin
Teclam von dreien greilichen und erschröcklichen pein-
-lichen todten erlösen: die seel dises deines dieners
von nöthen, daher sie sich frewe in himlischen Herrligkeiten.

So der Kranckh dahin stirbt, soll
an seiner statt dreymall
gesprochen werden.

Herr du hast zerbrochen meine band, darumb will
ich dir opfern das opfer des lobs.

Herr, in deine händ bevilch ich meinen geist. du
hast mich erlöst, o Gott der warheit.

Gebett der umbstehenden, wan der
Kranckh verschiden ist.
Psalm: De profundis.

O Herr aus der tieffe rueffe ich zu dir, herr, erhör
mein klagen.

Laß deine ohren merckhen auf die stimm meines
flehens.

Ach herr, wan du der sünden gedenckhen wilst, herr,
wer wird bestehen mögen? aber bey dir ist begna-
dung und umb deines gesatz willen verlass ich mich
auf dich.

Mein seel verlast sich auf sein wort: mein seel
hofft in den herrn.

von der Morgenwacht biß zu der nacht, soll Israel
auf den Herrn hoffen.
Dan bey dem Herrn ist barmherzigkheit, und vberflissige
erlösung.
Und er wird Israel erlösen aus allen seinen sünden.
Ehr sei dem Vatter, und dem Sohn, und dem h: Geist, als
er war im anfang, ietzt, und allweg, und zu ewigen
zeiten Amen.

Vatter unser. und Ave Maria

Herr, verleich ihr die ewige ruehe
und das ewige liecht leichte ihr.

Gebett.

O Herr wir bevelchen dir die Seel dieser deiner dienerin
N. und bitten dich O Herr Jesu Christe, der welt heilandt
umb derentwegen du von hohen himel, auf diese arme
selige welt aus lauter barmherzigkheit gestigen bist,
du wollest ihr die schoß deiner h: Patriarchen nit versagen
O Herr, erkhenne dein geschöpf, welches nit von frembden
Göttern erschaffen ist, sonder allein von dir dem waren
lebendigen Gott, dan es ist kein anderer Gott, dan du
allein. Erfreie O Herr diese seel mit deinem barmherzigen
angesicht, und gedenkh nit ihrer alten ungerechtigkheit und
sünden, welche das feuer der bösen lüsten und begierden in

ihr vertraut hat, und obwohl sie dir gesündigt hat, hat sie
doch dich himmlischen Vatter, und deinen eingebornen Sohn
Jesum Christum, sambt dem Tröster den heilig Geist nit
verlaugnet, sondern in dich einen, ewigen, drey einigen
Gott geglaubt, deinen göttlich Eÿffer in ihr behalten, der
alles zu nichts erschaffen hat, verehrt, und angebettet.

Allmechtiger Gott, der du den Menschen nach deiner bildnus
erschaffen und zu einem erben deines himmlischen reichs
verordnet hast, wir bitten dein unergründliche Barm-
hertzigkeit, das du die seel dises deines dieners, welche
du zu disem Jamerthall zu dir gefordert hast, mit gnaden
wollest aufnemmen, und den flecken der welt [illegible] lassen
über ihr herrschen, sondern wollest ihr alle sünd und
missethat gantz gnädiglich verzeihen und ihr sambt
aller glaubigen seelen die ewige ruhe und das liecht
verleihen, Amen.

Der allmechtige und barmhertzige Herr erhöre
uns Amen.

Die Seelen aller abgestorbenen glaubigen ruhen
durch die grosse Barmhertzigkeit Gottes in frieden
Amen.

Oratio
ad Beatissimam Virginem Mariam

Ave Maria Augustissima Caelorum imperatrix, gloriosa Virgo Maria. Ave Maria Ancilla SS: Trini„tatis humillima, super Choros Angelorum exaltata. Ave Maria Refugium peccatorum, Consolatrix afflicta[rum], Mater Agonizantium, salvatrix pereuntium Conserva me ab aeterna morte. Impetra mihi à Filio tuo Remi„ssionem peccatorum, emendationem vitae, amorem et timorem domini, Castitatem, patientiam, humi„litatem, mentis tranquillitatem, vitam puram, finem perfectum, et gaudium sempiternum. Sancta Maria adsis mihi cum tota aeternitate decertanti, et non me deseras in illa hora, à quâ pendet animae meae salus aeterna. Amen

Jesus Maria Joseph.

Affectus Virtutum Theologicarum.

Fides. Credo, domine, Credo. Tu adiuva incredulitatem meam. Suggerit alia mundus, caro, dæmon: non credo. Verbum tuum manet in æternum pro hoc exige à me domine sanguinem, exige spiritum: ecce paratum cor meum deus, paratum cor meum. Mille gladiis, ignibus, rotis exhibebo hoc corpus, ut tua stet illæsa veritas.

Quid me separabit ab hac veritate? Certus sum, quod nec gladii, nec Cruces, nec tela, nec ignes, nec inferorum tormenta me poterunt ab ea separare. Tua Veritas Deus fallere non potest, tua sapientia falli non valet. Tu dixisti: satis hoc mihi: est præ omni ratione humana, ut etiam sanguine subscribam.

Spes. Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me? Habes bonitatem meam dei, et misericordiam paratam quæ vult; habes omnipotentiam assistentem, quæ potest opitulari; habes sanguinem, et merita Christi; quæ pro te apud æternum patrem perorant. Projice te ergo anima mea in Brachia Misericordiæ, et omnipotentiæ dei. Quam nihil potest ex te, tam omnia potest in eo; qui te confortat.

2. In te domine speravi: et quid mundi impetus, quæ carnis illecebra, quæ dæmonum astutia prævalebit? non, non confundar in æternum. In te domine speravi: quod vitium non extirpabo? quam virtutem tuâ gratiâ non assequar? Dicant omnia ossa mea, Jesu spes mea, deus meus in æternum.

3. Si Deus pro me, quis contra me? Si consurgant adversum me castra, non timebit cor meum. Si consurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo, quia scit infinita sapientia, potest infinita omnipotentia, vult infinita bonitate mihi auxiliari.

Charitas. Domine tu scis, quia amo te: quoniam tu solus bonus, tu solus sanctus, tu solus dignus omnium creaturarum ardenti amore. Supplete vos, ardentia Cherubim, tu ardentior Cherubinis Virgo, quidquid deest amori meo. O vivam, ô moriar amore tui. Moriar potius, quam te non amem.

2. Domine, quid mihi est in caelo, et a te quid volui super terram! Tu solus Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.

Diligam te Domine, non quia mihi beneficus, aut remunerator liberalissimus; sed quia in te ipso es summa, et infinita bonitas, sola, et una super omnia amabilis. Moriar Domine hoc momento, quo te amo, priusquam succedat aliud, quo te non amem.

3. Exigis a me cor meum Domine. O si mille, ô si infinita haberem! omnia tui unius amori occuparem. Vis amorem operibus experiri? Confunde me, contunde me, contere me, in infernum demerge me; non dimittam te.

4. Sero te amavi pulchritudo mea tam nova, et tam antiqua sero te amavi. Sed neque nunc te amo, ut debeo, neque amo ut amare desidero. Infinities, infinities te amare vellem, eoque amore, si fieri posset, quo tu ipsum amas, quia tui solus amor tuam amabilitatem aequat.

Exempla Affectuum pro Via Purgativa.

Abiectio. Deprime sub pedes Dei tui superbum caput, vilis Creatura. Ah! etiamnum superbis, indigna es, quam sub pedibus dignetur habere tuis. Conculcent te Damnati omnes, ac ipsi Daemones, quorum te iniquitatibus es supergressa.

Accusatio. Fateor enim, ut reus memetipsum accuso. Ego te summum, et inaestimabile bonum, ac infinitam dignitatem vilipendi. Quis ego? quis tu? Ego filium tuum crucifixi, et occidi! Ego sanguinem eius, et infinita merita proculcavi.

Admiratio. O Caecitas mea! o imprudentia! o audacia! servus nequam tam bonum dominum tam indigne tractare potui! O Bonitas tua Deus! O Patientia incredibilis! O Misericordia infinita! tu, non ferre tantum delinquentem, sed novis etiam Beneficiis cumulare potuisti.

Commiseratio cum Deo. Quot tu, iustissime Deus, minorum scelerum reos in momento ad infernum praecipitasti? Tot Angelos, tam excellentes creaturas ad unius duntaxat cogitationis consensum in ignem aeternum detrusisti: mihi ut parceres, ut dissimulares, quid te movit? an quidquam toto vitae decursu praestiti, quod oculis divinae tuae Maiestatis placere potuerit.

Confusio. Averte oculos tuos à me Domine, quia indignus sum, in quem despicias, postquam me ad tantam vilitatem abieci, quem tu ad tantam dignitatem creasti. Confusio

Averte faciem meam, quia repleta est malis anima mea, quae purissimum Dei oculum merito avertunt à me.

Contemptus mundanorum. Si habuero omnem substantiam huius mundi, nihil sum. Nihil est honor, nihil aestimatio, et gloria, nihil opes, et divitiae, nihil omnes voluptates. E nihilo orta in nihilum eunt; apparent, et evanescunt. Solus Deus est omnia; reliqua amore meo indigna.

Contritio. Deus meus, summa bonitas, omnium creaturarum tuarum ipsius amore solo, et infinita digna; doleo, quod tam imprudenter te offenderim. Doleo, non quia timeo, sed quia amo. Si sanguine meo fieri possit, ut non sis offensus; ecce me, diffunde, discerpe me. Paratum cor meum. Si tormentis inferorum deleri offensa possit; ecce me: nullum est, quod non merui; nullum quod amore tui non praeeligo peccato, quod tantopere odisti. Si vides, quia omnia vides, quod aliquando post quotquot amores te offensurus sim, hoc potius momento acerbissima morte me tolle, quam permittas ad infelicissimum illud tempus pervenire.

Deprecatio. Obsecro te aeterne Pater, per misericordiam tuam infinitam; te Fili unigenite, per tuum in peccatores amorem; te Spiritus Sancte, per tuam benignitatem; te SS: Trinitas, per sanguinem, et mortem Christi, parce, parce misero peccatori. Amplius Crucifixe Jesu, amplius lava me vel unica guttula tui sanguinis à peccatis meis. Ad genicula Crucis tuae, et indignus licet, exspecto misericordiam tuam.

Diffidentia sui. Vide Domine infirmitatem meam; quia nihil possum sine te, nec invocare te. Ne deseras me, qui labori sincere.

Exhortatio sui ~~ipsius. Vide Domine~~ ipsius. Erige te anima mea ad Deum peccatorum, utque iaces, ad alligandum aggredi, quod mane metuis. Deus porrigit manum suam; tu tuam extende, et apprehende auxilium. Quid haeres? quid dubitas? fortior est, qui te iuvat, quam qui te tentat.

Exprobratio. Quae tua est impudentia, tam tenere te amantem Deum, tam amore in cruce morientem, tam indigne tractare; et odia illi indicere, a quo amaris, fanorisque recipis? Homini meritis, qui te ad se creavit, ut ei cum tanto contemptu tergum verteres? Hoc, qui te toties recipit et etiamnum expansa habet in cruce brachia ad te amplectendum, ut tu stercora, et mundi quisquilias, summosque hostem amplecteris? E.

Fiducia. Deus meus, auxiliator meus, in te confido, non erubescam. Si consistant adversum me castra tentationum, non timebit cor meum, quia tu es protector meus: si exurgat adversum me praelium in te ego sperabo, quia tu es Deus meus.

Gratitudo. Gratias tibi ago Deus meus, quod peccantem me, et non poenitentem, huiusque conservaveris, neque statim mortis poenis addixeris; animaeque dederis animae meae calamitatem agnoscendi, ac ~~tot~~ detestandi; quod mille aliis non concessisti, quos, vivos mors, et aeterna damnatio occupavit, quam praestare id possent.

Humiliatio. Agnosco vilitatem meam, Deus infinitae Ma-
iestatis. Justa nihilum despiciendi, quia te offendi. Et merui, et
volo ab omnibus contemni, et despici. Volo non exspectare
tantum, sed quaerere, et ambire contemptus mei occasiones.
Confirma hanc voluntatem meam, pro me totus despecti Jesu.

Invocatio Sanctorum. Indignus sum, qui accedam ad thro-
thronum misericordiae Dei, quam impudentissime despexi.
Tu unica, et potens peccatorum advocata, Dei Mater Maria
quae nullum in te confidentem despicis, ostende pro me filio
tuo ubera, quibus eum lactasti; et per merita tua impetra
mihi ab infinite irato Deo misericordiam. Tu Angele mi
Tutelaris, cui curae sum ab infantia, per gaudium illud,
quod habes super uno peccatore paenitentiam agente; vos
SS. N. N. Patroni mei etc.

Mendicatio spiritualis a sanctis Dei. Sancta et immaculata
Dei Mater, quae quantum amasti filium tuum, tantum et
odisti peccatum; vide generis humani (vel cuiusdam hominis)
N. calamitatem; infunde aliquid amoris tui cordi illius
ut sciat, ac velit reprobare malum, et eligere bonum.
Sancti Angeli Dei, qui primi tentanti Angelo constanter
ipsi restitistis, aliquid constantiae vestrae huius ten-
tationibus suggerite. S. Petre, qui unum peccatum toto
vitae tempore incessanter deplorasti; aliquid paenitudinis
et lachrimarum huic indulge etc.

Odium sui. Quis me liberabit de corpore mortis huius?
quid quaero aeterna? ego sum mihi ruinae, et calami-
tatis meae sum causa. Fictum hostem circumculco ex meo

Blandior? Ego sum ipse qui odidi me, pridem amaui me.
Sed teneo hostem meum, non dimittam, nisi occidam eum.
Moriatur sensus, viuat ratio, moriatur auctor mortis animæ
meæ, viuat auctor vitæ animæ meæ Jesus. Ut semper me
oderim, semper autem amabo deum meum.

Propositum. Nondum usque ad sanguinem decertaui cum
hostibus animæ meæ: sed abunde, si necessarium sit, totum
sanguinem ad ultimam usque guttam lubens, gaudensque
impendam potius, quam delinquam. Sic statuo coram
Jesu meo pro me Crucifixo. Moriar millies, ne semel
peccem.

Reprehensio sui. Et ausus tu es tanta in deum impudentia?
Quis tu? quid deus? et quid ausus es? O in Creaturarum
ingratissima! tam parui tibi est deus? tam magni tu tibi ipse,
aut modica tui sensus delectatio!

Timor. Timeo, et tremor venerunt super me, quia irritaui
iram tuam domine. Quo fugiam à facie iræ tuæ, quando
vindicatum me circumstes, et quem patrem habere nolui,
strictissimum judicem meorum scelerum formido. Ah
domine ne intres in judicium cum seruo tuo.

Exempla Affectuum
pro via illuminatiua.

Amor proximi. Te deus in meo proximo, et proximum
vero propter te diligo, sicut me. Tu me exemplo magis,
quam verbis hoc docuisti: qui cum inimici essemus, dilex-
isti nos: qui peccatores nos quæsiuisti, et attraxisti miserans.

Quam odorim, dum tu omnes amas, & quem despiciam, dum tu bonis, et malis precium tui sanguinis impendis.

Benignitas. Obstupesco tuam Jesu mi benignitatem! quam benevole ad te revertentes peccatores excipis! quam amante alloqueris! quam tenere amplecteris! et sine exprobratione omnia restituis bonis bona, quibus per peccatum fuerant spoliari. Hac te sequar mi Jesu. Quorum mihi incumbet Cura, amabo etiam delinquentes, ut reducam; compatiar Calamitati animae, tractabo Vulnera leniter, in modo, in gestu, in Vultu, in Verbis, ut meus animi amor appareat.

Bonitas. Tua ad benefaciendum propensio, bone Jesu, mea est in omnes proximos agendi regula. Innumera in nos dona, sanguinem tuum, merita, gratias, te ipsum elargiris; neque maioribus tantum, aut iis, qui te venerantur, et amant, dignosque se praestant; sed illis etiam, te igno=rantibus, demerentibus, Contemnentibus. Trahis me tan=quam exemplum, ut me impendam omnibus, et super im=pendam. Nemo mihi vilis, nemo mea indignus ope; quia nemo tibi.

Contemptus mundi. Tu non es de hoc mundo, amabilissime Jesu: tua desideria, affectus, vota, spes, possessiones con tendunt in honores, gloriam, existimationem, laudes, et applausus. Delicium meum est, sic tendere, unde tu sapientia Patris abhorres. Quia nihil sunt, indigna sunt eo Corde, quod non satiatur, nisi Deo.

Conversatio. In terris visus, et cum hominibus Conversatus, Domine Jesu: prudenter, et circumspecte, ut non offenderis

suauiter, et urbanè, ut animos traherem; utiliter, et
salubriter, ut prodessem iis, quibuscunque versaberis. O si et
ego prodesse intenderem! quam cohiberem affectus meos.
quam caverem errores! quam abstinerem asperis, et a
acerbis, friuolis et vanis, et quandoque noxiis sermonibus;
semel iuraui; aut obmutescam aut sana loquar.

Fortitudo in adversis. Omnia possum in eo, qui me confort
confortat; non ego, sed gratia dei mecum. Non mihi innitor
sed potentia Patris, quae cannas ~~erigit~~ erigit in columnas;
sapientia filii, quae modos, viasque eluctandi habet infinitas;
gratia spiritus sancti, quae facit aspera in vias planas.
In deo meo transgrediar muros.

Humilitas. O humilitas nascentis, viventis, morientisque
Jesu mei! cum in forma dei esses, exinaniuisti temetipsum
abscondisti divinitatis maiestatem, ne in te confluerent
omnis honor, gloria, admiratio, et applausus populorum.
Ah! sero licet, tandem tamen eligo abiectus esse in domo
Dei, in loco, et officio: et haec sit gloria mea.

Intentio Gloriae Dei. Non quaeris gloriam tuam, Domine Jesu,
sed honorificas Patrem tuum, neque altiorem reperisti operum
tuorum, tuaeque passionis finem. Huc tua incarnatio, vita,
mors, cogitationes, verba, opera, sermones, et omnis
respiratio tendebant. Trahe me post te. Quaeram quotidie
quauis hora, quouis momento, quauis respiratione;
quaeram pure sine admixtione creaturae, maiorem
tuam gloriam.

Longanimitas. Poteris Deus momento plectere, quod peccat homo: siquid facias, iustum est, et in aeternum laudabile iudicium tuum. Sed sustines tamen, longanimis, patiens et multae misericordiae: sustines menses, et annos, et non expectas tantum, ut revertamur, sed revocas ad te, et post attrahis miserans. Respicis Petrum, tangis cor Magdalenae adblandiris Judae &c. Egone vel me a te desertum quaerar, vel spem alienae conversionis deponam? adeo sim in tempore mihi: exspectabo te Domine, et non morabor. Adde iis gratiam tuam peccatoribus: sustinebo, et quod meum est, operabor. Non erit inanis opera, quae te imitatur.

Mortificatio Corporis. Tota vita tua Jesu, continua fuit Corporis afflictatio. Poteras, cum Deus esses, citra peccatum, omnia Corpori commoda indulgere. Non egebas tu studio ad corrigendam naturam, quae nec vitiata erat, nec vitiari poterat: non ad subiiciendum Corpus rationi, quod divinitas moderabatur, ut non posset ~~rebell~~ rebellare: et tamen in laboribus, et doloribus a iuventute tua vixisti, et exspirasti. Est ergo amabile quiddam quod tu elegisti. Quid agimus animae! vitiata tibi est natura, et in malum proclivis, rebellat rationi, inducit ad peccata; et adhuc ei plaudiens, et ut quam minimum patiatur, studebis? Sine conteratur caro mea, ut vivat spiritus. Volens sim, Carnem meam Crucifigam cum vitiis, et concupiscentiis.

Nitor Conscientiae. Splendor sine macula es Jesu mi; munditia ab omni immunditia libera, perfecta, et omnia

immaculata. O quando potero et ego insultare mundo, Carni, et daemoni: Quis vestrum arguet me de peccato? O quam suaves dies, laboresque omnes, quam dulcis quies hominis, cum culpa non mordet animum, quam hilaris feliciterque mors eius, quem conscientia non accusat. At hoc solatium nemo alius, quam tu ipse, impendere tibi potes. Malo ergo millies mori, quam foedari.

Obedientia. Omnia de te dixit, qui te amavit: factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Et tu obediens, Filius Dei, Sapientia Patris, Dominus dominantium et non Patri tantum, sed hominibus, etiam sceleratis, et iniquis Judicibus, ac Carnificibus? et usque ad mortem? O ferreum ego, et indomitum saxum, si hoc exemplo non movear, ut iis obediam, et in omnibus, et semper, qui Patres sunt, qui vice Dei funguntur, quibus tuam in me potestatem tribuisti.

Patientia. Domine dirige cor meum in patientia Christi. Statutum est, aut pati, aut mori. Tu Jesu mi, quam dura in corpore, quam acerba in anima, quam infamia in honore sustinuisti? Tu idem Deus, et homo: et ego unius puncturae imaginationi percellar, minima infamia turbabor? O Domine da, quod pro te patiar, qui pro me passus es infanda.

Paupertas. Domine Jesu, cum esses dives, factus es pro me egenus; ut non haberes, ubi caput tuum reclinares. O res a saeculis inaudita, Pauper Deus. Et ego ollis

affligeram animum, quae deinde audis? Ego pro Deo non relin-
quam lubens, et hilaris mundi nugas, qui pro me reliquit
omnia regna mundi sibi iure debita, adeoque et caelum
ipsum?

Suavitas. Quam suavis est Domine spiritus tuus! Nec scribis
leges, sed addis vires: Cum minimum facimus, tu plurimum
praestas: ades tu singulis, nulli vim infers: paucissima exigis
cum plurima, et gravissima possis. Si erramus, nos
revocas, et amanter trahis. Confundit asperitatem meam.
Enitar omnino, ut in proximo meo excusem delicta,
attendam fragilitatem, non plus exigam, quam ipse pos-
sit: si quando sit severitas adhibenda, ea semper
suavitati misceatur.

Tranquillitas. Quanta lenitate sustinuisti adversum te malignantes
Domine Iesu! tu tractus es tanquam surdus, et mutus. Quantis
iniuriis, et blasphemiis alta mente stetisti, tanquam
non haberes in ore tuo redargutiones: tenuisti semper animum
imperturbatum quietum, tenuisti fulmina ex[illegible] iras.
Cur ergo, si leviter tangor, erumpo in iras immoderatas,
praecipitesque motus? Reficiam me in te Iesu mi; et si famam
si vitam perdam, tranquillitatem servabo.

Zelus Animarum. Amabilissime Iesu, tu propter nos ho-
mines, et propter nostram salutem descendisti de caelo.
Quot hoc fine sustinuisti elementorum iniurias? quot
suscepisti itinera? Quot labores, et dolores? quot mortes
exantlasti. Effudisti te ad omnes, divites, et pauperes

.....

honoratos et abiectos, senes et pueros, in urbibus et pagis,
in campis et desertis, die ac nocte. Tanti tibi fuerunt animae
nostrae, quanti tuus sanguis; hunc enim pro illis dedisti.
Nimis vilis ego faciam animas, si non ex aequo ad pauperes,
abiectos, et pueros me effundo, pro quibus idem pretium datum
est. Si pluvia, si nox, si longinquitas spatii, si quaevis
incommoditas me deterret. O animae Christi sanguine
redemptae! O si omnes! O si vel unam meo sanguine,
et acerbissima morte salvare possim.

Exempla affectuum
pro via unitiva.

Amicitia cum Deo. Amas me, amo te, amor meus, Deus
meus! Tu quod es, meus es: ego quod sum, tuus sum. Mergor
in infinito tuo, tu in meo nihilo. Quia amas me, communicas
te mihi; quia amo te, reddo me tibi, et te tibi, O amor
meus unus et solus, electus ex millibus.

Amplexus Dei. Parce mei amoris audaciae Deus meus.
Qui posuisti laevam sub capite meo, et dextera tua
amplexaris me, inter tua brachia capis me. In illa
reverentissime coniectus et vivere volo, et mori desidero.
Tu stringe me, nec permitte me separari a te.

Appretiatio Dei. O bonum inaestimabile Deus, et omnium
desiderabilium finis! quia super omnia aestimo te, super
omnia amo te. Deficit in tui pretii aestimatione ~~ate~~
intellectus meus, et sub imperio voluntatis te infinita
aestimatione appretiare desiderantis, satisfacit. Sat tibi
satis Deus meus: amo te millies, et millies plus quam
me, plus quam satietatem animae meae, plus quam

ipsam beatitudinem meam; et iucundissimum, ultra omnis tui affectum, amo te; et in hoc morior, amore.

Aspiratio ad Deum. Ubi sum? Dic, iube me venire venire ad te. Exeam a mundo, et eius concupiscentiis, exeam a me ipso, ut nusquam sim, nisi in te. O quando erit ~~fel~~ felicissima illa hora, qua mihi vel annuas, vel dicas: Veni de Libano, veni! Ecce me, respondebo, adsum! nec ulla me aliud votum vel momento retardabit.

Beatitudo in Deo. Deus meus; nondum video te revelata facie; et tamen beatus sum, quia amo te. Nullam asperitatem sentio, dum amo te; quia solum tormentum mihi est non amare te: Tu solus totum intellectum trahis, ut te unum possideat: tu solus omnem amoris mei vim exhauris.

Complacentia Dei. Tu es, qui es: et hoc unum mihi placet quod es, qui es, infinite perfectus in sapientia, potentia et bonitate. Non possum hoc exprimere, nisi verbis illius amantis: Si tu Deus esses Augustinus, et ego Augustinus essem Deus; ego Deus vellem, ut tu Augustinus esses Deus; ita mihi placet, ut tu sis tu.

Conformitas cum Deo. Amo te Deus meus. Satis dixi: voluntas mea iam tua est, et tua est mea. Vis me premi, abiici, contemni, torqueri, dilaniari? volo et ego, quia tu vis. Vis me inter beatos ad tui fruitionem attollere? volo, non quia limpidam, et innocentem hoc affert voluptatem sed unice quia tu vis.

Desiderium Dei. Desiderium habeo dissolvi, et esse tecum. autem me liberabit de corpore mortis huius? quando veniam

et apparebo ante faciem ~~[illegible]~~ Dei mei? Defecit cor meum et caro mea, Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum. Sed nemo venit ad te, nisi tu traxeris eum. Trahe me post te amor meus, Deus meus: trahe me, et curram ad te.

Donatio sui Deo. Quid petis a me Deus meus? Audio suavissimam tuam vocem: Praebe, fili mi, cor tuum mihi. En habes, et ego sponte et hilariter dono, quidquid mihi dedisti; cor, animam, vitam, sanguinem, intellectum, et voluntatem. Nolo cor meum, nisi sit tuum; nolo amare nisi te; nolo vivere nisi in te: nolo sapere nisi te; nolo velle nisi te. Jam tuus sum, non sum meus: vivo quidem, sed non ego; vivit vero in me Deus.

Exultatio in Deo. Cor meum, et caro mea, exultaverunt in Deum vivum. Felix extra me Deus meus, quoniam ad te. Angustiae cordis mei non capiunt torrentem voluptatis quo tui recordatio me perfundit.

Filiatio ad Deum. Filius tuus ego sum, filius tuus. Non est praesumptio; quia dedisti mihi potestatem filium Dei fieri. Dicam tibi semper, et tota animi fiducia dicam. Pater meus es tu: amplectar te, nec dimittam te, quia pater meus es tu. Pater, da mihi portionem substantiae, quae me contingit. Sed portio mea tu es Deus meus: aliam nec quaero, nec admitto.

Fraternitas cum Christo. Primogenite in multis fratribus Jesu Christe: Pater tuus idem meus et esse, et vocari voluit Pater; te haeredem, me cohaeredem facit. Amo te, amabo te, primogenite frater: et si me in haereditatem regni non admittas, amabo te; et si me a te projicias, amabo te. ~~Domine~~ Domine

in auxilio haeres accipe, quia omnia debentur tibi: Unicum mihi relinque amorem, ut amem te. Hic unicus sit pars mea, et haereditas mea.

Gloriatio in Deo, et Christo. Absit mihi gloriari, nisi in Deo meo, et in Cruce Domini mei Jesu Christi. in hoc glorior, quod tu Deus sis Deus meus, Dominus meus, omne bonum meum: in quo summa est mea felicitas, quod sim creatura tua, servus tuus, et quem tu amore infinito dignaris. In hoc gloriabor si in Cruce configar Jesu meo, si vulnera tua fiant mea, et tecum pauper, et despectus, fiam pauper et despectus.

Imitatio Christi. Cum in forma Dei esses, amor meus Jesu, ex superiori(?) tibi remediis(?) sum divitiis, honoribus, et sapientia, factus pro me egenus, ac despectus, et ludibrio habitus. Fac possim esse dives: nolo; quia tu fuisti pauper. Fac possim esse ab omnibus honoratus: nolo; quia tu contemni elegisti. Fac possim sapientiae famam lucrari: nolo; quia tu pro fatuo haberi maluisti. Electio tua Regula est electionum mea, Et sic eligo solum ad maiorem tui imitationem.

Languor animae in Deum. Amore tui langueo Deus meus, Nauseat anima mea, quidquid humani est solatii, et mundum omnesque creaturas fastidio: quia te unum, et solum amo; et cum nondum te frui licet, in omni alia operatione deficio et solo amore respiro, amor meus, Deus meus.

Laudatio Dei. Lauda anima mea Dominum, quoniam bonus Deus, actio mea, omnis cogitatio mentis, omnis affectus voluntatis omnis respiratio, omnis arteriae motus dicat tibi: Magnus Dominus, et laudabilis nimis. Necdum assequor, quod volo quidquid dicam, quidquid cogitem, adhuc es infinitus

laudabilis. Magnificet te, meis verbis, anima sanctissimae Virg. Mariae. Laudent te ardentissimo affectu Seraphini: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Benedicant omnia opera Domini Domino, laudent, et superexaltent eum in saecula. Nondum assequendum quod intendit affectus. Laudet te humanitas sanctissima Redemptoris mei: et, quod ultra non possum, tua te divinitas laudet in saecula.

Mors in Deo. Mortuus sum, et vita mea abscondita est, cum Christo in te Deus meus. Liquefacta est anima mea, cum tu tetigisti Cor meum, et a me transivit in te. Omnis Cogitatio mea, omnis affectus meus, cum Christo Consepultus est in te. Vivo tamen in te, quia hoc unum sentio, quod amo te.

Narratio Magnalium Dei. Magnificat anima mea Dominum. quia fecit mihi magna, qui potens est, si potis sum recitare. Quidquid sensu, quidquid intellectu capio extra te Deus meus, opus manuum tuarum est, et tui in me amoris effectus: ideo magnificat te anima mea Dominum. Sic dilexisti mundum ut filium tuum unigenitum dares: ideo magnificat te anima mea. Charitatem tuam diffudisti in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis: ideo ~~te~~ manificat te anima mea.

Oblatio sui. Omnia mea tua sunt Domine, quia omnia tua voluisti esse mea. Quid habeo quod a liberalitate, et misericordia tua non accepi? et quia accepi, restat tibi cum sincerissimo gaudio offerre, corpus meum, et animam meam, omnes sensus, et potentias meas, intellectum, memoriam et voluntatem meam. Non aspice, quod mea sint, sed quod tua; et pretiosissimo sanguine filii tui tibi vindicata.

Pactum cum Deo. Amo te Deus meus, et tibi sit, quia nihil amo
nisi te. Non sufficit cor hoc sentire, nisi lingua loqui. Sic ergo
pacti paciscor tecum Deus, de minimo quocunque motu interno
et externo animae, cordis, et corporis mei, de omni mea agitatione dor-
mientis, ac vigilantis aspiratione, ac respiratione, de omnibus
et singulis, quae sunt et erunt, creaturarum motibus, de singulis
beatorum virtutum et SS. Matris, ac Jesu mei Redemptoris
actibus, sint signa mea, quibus meum vite amorem loquar.
Quidquid horum aspicis Deus: in eo tibi ego loquor: amo te
amabilissime Deus.

Quies in Deo. In omnibus requiem quaesivi; sed extra te non
inveni, Deus meus, amor meus. In omnibus nihil reperi, nisi
dolorem et afflictionem spiritus. Recordabar tui, et ecce
pax, et consolatio, quam mundus, et creatura nulla dare
potest. Infundo me totum in sinum beneplaciti tui. Haec
requies mea: hic habitabo, quoniam elegi eam. In pace
in idipsum moriar.

Vita in Deo. In te, per te, propter te vivo, Deus cordis mei.
Tu anima animae meae. Nullam volo mortis, nullam
corporis separationem, quae non sit bene beneplaciti tui.
hoc solum me movet. Ut excedam rebus omnibus creatis.
Quo moriar, illo vivo. Vivo te, vita mea, Deus meus.

Unio cum Deo. O quam mihi bonum est adhaerere Deo!
iam experior, quod qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum
eo. Tu mihi hoc obtinuisti amabilissime Jesu, quando etiam
pro me rogasti Patrem, ut sim vite, et in Patre unum, sicut
tu et Pater unum estis. Et quis me separabit?

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Lohner, Tobias,

Compendium Ritualis Pro Administratione Sacramentorum, Aliorumque Munerum Pastoralium, quae frequentius a Pastoribus animarum obiri consueverunt, rite suscipienda In Usum Et Commodum Parochorum, aliorumque Sacerdotum curam animarum habentium collectum

Dilingae 1681

Liturg. 248
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10589844-9
VD17 12:120189S